

BS

1099

.L3R6

1812




Class BS 1099

Book L3 R6

1812

GPO



SELECTÆ

E VETERI TESTAMENTO,

QUEIS NONNULLÆ EX *APOCRYPHIS*, SIVE LIBRI
INCERTÆ ORIGINIS, ET AUCTORITATIS HUMANÆ, AD-
DUNTUR,

HISTORIÆ,

292
2195

AD USUM EORUM QUI LATINÆ LINGUÆ RUDIMENTIS
IMBUUNTUR.



EDITIO NOVA PHILADELPHIENSIS,

Qua signa quantitatis certis syllabis perspicuè notantur.

JA. ROSS,

HUMANIORUM LITERARUM ET GRÆCÆ LINGUÆ PROFESSORE,
ACCURANTE.

PHILADELPHIA :

PRINTED BY LYDIA R. BAILEY,

NO. 10, NORTH ALLEY,

For Johnson and Warner, Bennett and Walton, and M. Carey.

1812.

BS 1099
L3 R6
1812

DISTRICT OF PENNSYLVANIA, TO WIT:

***** BE IT REMEMBERED, That on the twenty-
* SEAL. * sixth day of September, in the thirty-seventh year
* * of the Independence of the United States of Ame-
* * * * * rica, A. D. 1812, JAMES ROSS, of the said District,
hath deposited in this Office the Title of a Book, the Right
whereof he claims as Author, in the words following, *to wit:*

“Selectæ e Veteri Testamento, quæ nonnullæ ex Apocry-
“phis, sive Libri incertæ originis, et auctoritatis humanæ, ad-
“duntur, Historiæ, ad usum eorum qui Latinæ Linguæ rudi-
“mentis imbuuntur. Editio nova Philadelphiensis, qua signa
“quantitatis certis syllabis perspicuè notantur. J. A. Ross, hu-
“maniorum literarum et Græcæ Linguæ Professore, accurante.”

In conformity to the Act of the Congress of the United States, intituled, “An Act for the encouragement of learning, by securing the copies of maps, charts, and books, to the authors and proprietors of such copies, during the times therein mentioned.” And also to the Act, entitled, “An Act supplementary to an Act, entitled, “An Act for the encouragement of learning, by securing the copies of maps, charts, and books, to the authors and proprietors of such copies during the times therein mentioned,” and extending the benefits thereof to the arts of designing, engraving, and etching historical and other prints.”

D. CALDWELL, *Clerk of the
District of Pennsylvania.*

EXTRACT

FROM

M. ROLLIN'S METHOD OF TEACHING

AND STUDYING

THE BELLES LETTRES.

I HAVE often wished there were some books expressly drawn up in Latin for the use of children upon their first entrance on this study. These compositions should be clear, easy, and agreeable. At first the words should be almost all in their natural order, and the phrases very short. Then the difficulties should insensibly increase in proportion to the progress the boys might make. Above all, care should be taken to introduce examples of all the rules that are to be learned. Elegance should not be principally sought after, but clearness. Their business is to learn the Latin words, to accustom themselves to the different constructions peculiar to that language, and to apply the rules of syntax to what they shall be made to read. Some apophthegms of the ancients might be given them, some stories taken from the holy Scripture, as those of Abel, Joseph, Gideon, Eli, Samuel, and such like. The *Apocrypha* might likewise furnish us with some useful supplies.

A former Professor of the University of Paris, to whom I communicated my design, has thought fit to draw up a collection of stories of this kind, from the holy Scripture, for the use of those who are entering upon the study of the *Latin tongue*, or are in the first classes.

I hope the public will be pleased with this *first performance*, *Selectæ e veteri testamento historice*, and that their approbation will induce that author to draw up a *second* in the same way but of a different kind, containing moral stories and maxims, taken from ancient authors, and generally expressed in their own words, but free from all difficulties, and adapted to the weakness of young beginners.

The *second Work* above mentioned, *Selectæ e profanis scriptoribus historice*, has been sent abroad since the *first edition* of mine, and the approbation of the public has confirmed my conjectures. And indeed I know of no book, which may be more useful, and at the same time more agreeable to youth. It contains excellent principles of morality, collected with great order and judgment, with very affecting passages of history upon every article. I know some very considerable persons who acknowledge themselves to have found a great deal of pleasure in reading that little book.

THE AUTHOR'S PREFACE.

THE generality of masters, who teach Latin, either publicly or privately, very justly complain, that we have not one ancient profane author easy enough, or, in other respects proper to be put into the hands of children, who are learning the first rudiments of that tongue, whom they might, in the early stages of their studies, *translate into English*. On this account, some have recourse to the holy Scriptures, where, besides the usefulness of the subject, they meet with a clear, plain and less figurative style. But not to observe that children cannot conveniently make use of so large a volume as the Bible; the holy Scriptures, both in the historical and moral parts, contain many difficulties above their capacities: and we find in them a number of irregular constructions and expressions, either unknown to classical authors, or used by them in another sense.

Mr. Rollin, the author of a judicious work, which has been lately published, upon *The Method of teaching and studying the Belles Lettres*, was well aware of these inconveniencies, and has observed, that they might be remedied, either by comprising in one small volume, some historical parts of the holy Scriptures, that might be adapted to the use of children and other persons, who have only learned the elements of the Latin tongue; or by putting in a good plain style, some pieces of useful and agreeable history, selected out of ancient Greek and Latin authors. This plan has been thought by many a very useful one. And, in order to accomplish it, we have, according to the best of our abilities, drawn up this first collection, which we now publish to the world.

We have not proposed to make a continued abridgment of all the Old Testament, but only to extract from it some historical pieces, which yet we do not give entire, retrenching what appeared either too long, obscure, or not for our purpose. We have preserved, however, almost the whole of the history of *Joseph* and much of *Gideon*, because they are generally pleasant,

and very agreeable to children. For the same reason, or to avoid too great alterations, which we must have made in the choice of the histories, we have given the preference to some others, which may seem perhaps to be of less importance.

We have now and then departed from the expressions of the text, to substitute others that were more easy, or more agreeable to the rules of grammar, and the use of ancient authors.

It is also proper to observe, that there are certain words which we are to make no difficulty of using in *Latin* on religious subjects, though they are not found in ancient profane authors, or are used by them in a different sense: For *S. Augustin* hath very judiciously determin'd that these words became *Latin*, after the *Latins* became *Christians*; religion having no less right to form some words, than arts have, when they are brought to perfection, and have occasion to express new objects.

We have almost always followed the vulgar translation, and have not left it, but on some occasions where the *Hebrew* seem'd to give us a more clear sense.

☞ Teachers who wish to instruct their students in the *English* as well as in the *Latin* tongue, generally appoint nine, or twelve lines of this book, each *Friday* evening, to be translated into *English*.

RECOMMENDATIONS.

The little book which bears the title of “*Selectæ è veteri testamento Historiæ*,” has long, and in my opinion, deservedly, been considered as one of the best for youth who are beginning the study of the Latin tongue. The edition which Mr. Ross proposes to superintend will, I have no doubt, be rendered more correct, by his ability and care, than the copies which have usually been vended in this country: And the addition of the signs of quantity, which he proposes to make to a number of the words, will also be of considerable advantage in forming boys to good habits in pronouncing the Latin language.

ASHBEL GREEN.

Philad. Sept. 30th, 1812.



SIR,

Your request of some recommendation of your new edition of “*Selectæ è veteri testamento et libris Apocryphis Historiæ*,” seems chiefly liable to objection on this account, that the book is already well known to the public.

The addition of the signs of quantity will be found useful; and, in my opinion, will not supersede the utility of rules, but ensure their application. Rules of Prosody, learned after habits of bad reading have been contracted, greatly increase the labour of the student, and sometimes serve only to confound and disgust him, when they have come too late to undo the mischief.

Respectfully,

Mr. James Ross.

J. P. WILSON.

29th Sept. 1812.



SELECTÆ
E VETERI TESTAMENTO
HISTORIÆ.

PARS PRIMA.

Creatur mundus. Hōmo et mul̄er formantur.

DEUS omnīpōtēns creavit sex diēbus cælum, et terram, et omnia quæ in eis sunt. Cessāvit ab op̄ere, et rēquiēvit die septīmo, bēnēdixit diēi que sabbāti et sanctificavit illum.

Formavit autem Domīnus Deus hōmīnem ex limo terræ, dēdit illi anīmam vīventem, et ad imāgīnem et similitudīnem suam fēcit eum, vōcāvitque illum Adāmūm.

Dixit deinde Dominus Deus: 'Non est bōnum esse hōmīnem solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.' Immisit ergo sopōrem in Adāmum; cūmq̄ue obdormisset, tūlit unam è costis ejus, ex quā formāvit muliērem, adduxitque eam ad Adāmum, qui, illā visa, dixit; 'Ecce nunc ōs ex ossibus meis est, et caro è carne meā. Quāmobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærēbit uxōri suæ; et erunt duo in carne unā.'

Itāque Dominus Deus, mascūlo et fēmīnā formātis, bēnēdixit illis, dīcens: 'Crescīte, et multiplicamīni, et rēplēte terram, et subjicīte eam: dōmīnāmini piscibus maris, et volatilibus cæli, et universis bestiis quæ mōventur super terram. Omnes herbæ et arbōrēs producentes fructum, et hābētēs in semetipsis sementem secundūm spēcīem suam erunt in escam vōbīs, et cunctis animantibus terræ, omnique volucris cæli.' *Gen. I.*

Primorum Parentum peccatum et pœna.

Pôsuit Dominus Deus hōmīnem in horto amœnissimo, qui Paradīsus terrestris vocari solet, ut cōlēret illum, et custodīret. Erant ibī omnes arbores pulchræ oculis, et gustui suaves; et, in medio eārum, arbor scientiæ boni et mali. Dixitque Deus hōmīni; ‘Ex omnium paradisi arbōrum fructibus comēde, præterquàm ex fructu arbōris scientiæ boni et mali: nam statim atque comēderis ex eo, moriēris.’

Sed Serpens, qui erat callidior cunctis animantibus quæ fēcērat Dominus Deus, dixit mulieri: ‘Cur præcēpit vobis Deus, ut non comēderētis ex omni arbore paradisi?’ cui respondit mulier: ‘Fructu arbōrum, quæ sunt in paradīso, vescāmur; Deus autem vētuit ne fructum comēderēmus illius arbōris quæ est in medio paradīso, et ne tangērēmus, ne fortè mōriāmur. Nequaquam,’ inquit Serpens, ‘moriēmīni: scit verò Deus, statim atque cōmēderitis ex fructu illius arbōris, fōre ut apēriantur oculi vestri, et fōre ut sītis sicut Dii, scientes bonum et malum.’

Vidēns igitur mulier fructum illius arbōris bonum esse ad vescendum, aspectuque delectabilem, decerpit, et comēdit: obtulit etiam viro suo, qui pāriter comēdit. Et statim aperti sunt oculi ambōrum. Fuērat adhuc uterque nudus, et non erubescēbant. Cū vero cognōvissent se esse nudos consuērunt folia ficūs, quibus quædam vēlūtī cingūla sibi fecērunt. Absconditque se Adamus, et uxor ejus e faciē Domīni.

Vocāvit autem Dominus Deus Adāmum, et dixit ei: ‘Ubi es?’ Et respondit Adāmus: ‘Conspectum tuum timūi, eo quòd nudus essem, et abscondi me.’ ‘Quid,’ inquit Dominus, ‘indicavit tibi nudum esse te, nisi quia fructum quem præcēpēram tibi ne cōmēderēs, comēdisti?’ dixitque Adāmus: ‘Mulier, quam dēdisti mihi sociam, fructum illum mihi porrexit ut edērem.’ Et dixit Dominus mulieri; ‘Quare hoc fēcīsti?’ quæ respondit, ‘Serpens decēpit me.’

Et dixit Dominus Serpenti: ‘Quia fēcīsti hoc,’ maledictus ‘es inter omnia animantia et bestias terræ: super pectus tuum gradiēris, et terram cōmēdēs cunctis diē-

‘bus vitæ tuæ. Inimicitias põnam inter te et muliërem et
‘inter *semen* tuum et *semen* illius: ipsa contëret cãpüt
‘tuum, et tu insidiãberis calcaneo ejus.’ Muliëri quoque
dixit, ‘Multiplicãbo ærumnas tuas; in dõlõre pariës
‘filios, et sub viri potestãte eris, et ipse domnãbitur tibi.’
Dixit autem Adãmo: ‘Quia audisti võcem uxoris tuæ,
‘et fructum cõmëdisti illius arbõris quæ tibi interdïcta
‘fuërat, maledicta erit terra propter peccãtum tuum:
‘Multo cum labõre comëdës ejus fructus: spinas et tri-
‘bũlos germinabit tibi, et in sudõre vultũs tui vescëris
‘pane, donëc revertãris in terram, e quã sumptus es,
‘quia pulvis ës, et in pulvërem revertëris.’

Ejëcit deinde Dominus Deus Adãmum è paradïso, ut
cõlëret terram: et collõcãvit ante paradïsum Angelum,
qui gladium flammeum manu præfërëbat et versabat.
Vocavit autem Adamus nomen uxoris suæ, Heva.

Caïnus occïdit fratrem Abëlëm,

Habũit Adãmus ex Heva conjũge suã libëros multos,
inter quos numerantur Caïnus et Abel. Fuitque Abel
pastor õvium, et Caïnus agrïcõla. Factum est autem, ut,
cũ obtũlissët Caïnus è fructibus terræ munëra Domĩno,
Abel quoque offërret primogënitõrum grëgis sui pin-
guissĩmos. Respexit Dominus ad Abëlem et munëra
ejus: ad Caïnum vero et munëra illius non respexit.
Iratusque est Caïnus vehemënter, et concïdit vultũs ejus:
Dixitque ei Dominus: ‘Quare irãtus ës, et cur concïdit
‘faciës tuã? nonne si bënë egëris, mercëdem recĩpiës:
‘sin autem mãlë, statim peccãti põnam?’ Caïnus Dei
mõnëntis võcem non audiëns, dixit fratri suo: ‘Egrëdi-
‘ãmur foràs.’ Cũmque essent in agro, insurrexit adver-
sũs Abëlem, et interfëcit eum. Et dixit Dõmĩnus Caïno:
‘Ubi est Abel frater tuus?’ qui respondit: ‘Nëscio;
‘num custos fratris mei sum ëgo?’ Dixitque Deus; ‘Quid
‘fëcisti! vox sanguĩnis fratris tui clãmat ad me e terrã.
‘Nunc igitur mãledictus ëris sũper terram, quæ suscëpit
‘ac bibit sanguĩnem fratris tui, quem ipse mãnũ tua fũ-
‘disti. Cum eam longo et duro labõre cõlũëris, non dãbit
‘tibi fructũs suos: prõfũgus ëris et vãgus sũper illam.’
Tum dixit Caïnus Domino: ‘Major est iniquitas mea,

‘quam ut veniam merear. Ecce ejicis me hodie, a facie
 ‘tuā abscondar, et ero vagus et profugus in terrā: omnis
 ‘igitur, qui invenerit me, occidet me.’ Dixitque ei Do-
 minus: ‘Nequaquam ita fiet: sed omnis, qui occiderit
 ‘Cainum, septuplum punietur, et gravissimas penas fe-
 ‘ret.’ Pōsuitque Dominus in Caino signum, ut non in-
 terficeret eum omnis qui invēnisset eum. *Gen. IV.*

Malitia-hominum. Diluvium. Fædus Dei cum Noaco.

Cum cœpissent hominēs multiplicari super terram,
 multiplicata quoque sunt peccāta eorum et scelera. Cum
 ergo vīdisset Deus magnam esse hominum malitiam; et
 cunctam cogitationem cordis eorum intentam esse ad
 malum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fē-
 cisset. Et tactus dolore cordis intrinsēcus, ‘Delēbo,’ in-
 quit, ‘hominem quem creavi a facie terræ, cum omni
 ‘reptili, volūcribus, cæterisque animantibus: pœnitet
 ‘enim me fecisse ea omnia.’

Noacus vero, vir justus et perfectus, invēnit gratiam
 coram Domino, qui dixit illi: ‘Replēta est terra iniqui-
 ‘tate hominum, et ego disperdam eos. Compinges tibi
 ‘arcam ex lignis lævigātis: mansiunculas in ea faciēs,
 ‘et eam bitūmine linēs intrinsēcus et extrinsēcus. Tre-
 ‘cētis cubitis longa erit arca, quinquaginta vero cubitō-
 ‘rum erit ejus latitudo, et triginta cubitōrum altitudo.
 ‘Tectum habebit incurvum et in altitudinem cubiti as-
 ‘urgens. Tria tabulata faciēs, et fenestram; ostium pō-
 ‘nēs in latere. Ecce ego addūcam aquas diluvii super ter-
 ‘ram, et interficiam omnem carnem in qua spīritus vitæ
 ‘est subter cælum. Universa, quæ in terra sunt, consū-
 ‘mēntur: pōnāmque fædus meum tecum; te enim vīdi
 ‘justum coram me. Et ingrediēris arcum tu, et filii tui,
 ‘uxor tua, et uxōrēs filiōrum tuōrum tecum. Et ex
 ‘cunctis animantibus bīna inducēs in arcam, masculīni
 ‘sexus et feminīni, ut possint vīvere, et salvum fiat eō-
 ‘rum sēmēn. Tollēs etiā ex omnibus escis quæ mandi
 ‘possunt, et comportābis in arcam, erūntque tam tibi
 ‘quam animantibus in cibum.’

Fecit Noacus omnia quæ mandaverat ei Dominus.
 Eratque tunc annōrum sexcentōrum. Itaque ingrēs-

sus est ipse et uxor ejus, filii tres, Semus, Chamus, et Japhetus, et tres uxores eorum, in arcam. Ingressa quoque sunt animalia bina ex omni specie, masculus et femina, et clausit ostium Dominus forinscuss. Tunc maris et fontium omnium aquæ in terram eruperunt, et cataractæ cœli apertæ sunt, et cecidit pluvia quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Aquæ multiplicatæ replerunt omnia in superficie terræ et elevarunt arcam in sublime, operitque sunt omnes montes excelsi sub universo cœlo; ita ut quindécim cubitis altior fuerit aqua montibus quos operuerat. Igitur consumpta est et mortua omnis caro tam hominum quam animalium. Remansit autem solus vivus Noac, et qui cum eo erant in arca, quæ ferebatur super undas. *A. M. 1756.*

Cum aquæ terram et montes altissimos, obtinuisent centum et quinquaginta diebus, recordatus Deus Noaci, cunctorumque animantium quæ erant conclusa cum eo in arcâ, adduxit ventum vehementem super terram, et sensim immittuntur aquæ. Mense undécimo, ex quo diluvium cœperat, apertis Noac fenestram arcæ dimisit corvum qui reversus non est. Emisit quoque columbam post eum, ut videret an adhuc essent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad Noacum, qui extendit manum, et apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum circa vespèram, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noac cessasse aquas tegere terram. Expectavitque septem alios dies, et emisit columbam, quæ non est ultra reversa ad eum.

Itaque apertis Noac tectum arcæ, aspexit, viditque omnino exsiccata esse superficiem terræ. Noluit tamen ante egrèdi ex arca, quàm allocutus eum Deus dixit: 'Egrèdere ex arca tu, et uxor tua, cum filiis et nubibus tuis. Cuncta animalia, quæ sunt apud te educ tecum; ingredimini super terram, et implète eam; crescite et multiplicamini.' Egressus est ergo Noac ex arca, in qua annum totum manserat inclusus, et familia ejus, et jumenta, et volatilia, et reptilia, cæteraque animalia. Tum ædificavit altare Domino, super quod

obtūlit hōlocausta. Suave fuit et gratum Deo sacrificium Noaci. Itāque dixit illi et filiis ejus ‘ Nequaquam ultra ‘ mālēdicam terræ propter hōmīnēs : sensūs enī et cōgi- ‘ tātio hūmāni cordis in mālum prona sunt ab adolescen- ‘ tia. Non igitur percūtiā deinceps omnem animā ‘ viventem, sicut fēci. Deinceps sementis et messis, æ- ‘ stas et hiems, nox et dies sibi succēdent. Tīmēant vos ‘ cunctā animālia terræ, et volucres cœli. Omnēs pisces ‘ mārī manuī vestræ tradidi.

‘ Quicquid mōvētūr, et vīvit, ērit vōbis in cībū : et ‘ omnia, quāsī ōlērā vīrentia, trado vobis. Ecce stātuō ‘ pactum mēum vobīscum et cum sēmīne vestro pōst vos. ‘ Arcum meum pōnam in nūbībus ; et ērit signum fœ- ‘ dēris quōd constitūi intēr mē et omnem carnem sūper ‘ terram. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparēbit ‘ arcus meus, et rēcordabor fœdēris mei sempiterni vobis- ‘ cum, et non ērūt ultra aquæ diluviī ad delendam uni- ‘ versam carnem.’

Vixit autem Noacus, post diluvium trecētos quinquā- ginta annos, et cursūs ejus vitæ nongentorum quinquā- ginta annōrum fūit, et mortuus est. *Gen. VI. IX.*

Turris Babel.

Idem erat omnium homīnum sermo post diluvium, eādē linguā utebantur. Dixitque alter alteri : Venīte faciamus latēres, et cōquāmus eos igne.’ Habūeruntque latēres pro saxis, et bitūmen pro cœmento. Et dixērunt : ‘ Venīte faciamus nobis civitātem et turrīm, cujus cul- ‘ men pertingat ad cœlum ; et celebrēmus nōmen nos- ‘ trum, antēquam dīvidāmur in universas terras.’

Descendit autem Domīnus, ut vīdēret civitātem et tur- rim, quam ædificābant filii Adāmi. Et dixit, ‘ Ecce ‘ ūnus est pōpulus et unā linguā omnībus : cōpēruntque ‘ hoc facere ; non desistent à cōgītātiōnibus suis, donēc, ‘ eās opērā complēant. Venīte igitur, dēscendamus, et ‘ confundāmus ibi linguam eōrum, ut non audiat unusquīs- ‘ que vōcem proxīmi sui.’ Atque itā dīvisit illos Domī- nus ex illo lōcō in univērsas terras, et cessavērunt ædifi- cāre civitātem. Et idcirco vocātum est nomen ejus *Ba- bel*, quia ibi confūsa est lingua universæ terræ ; inde dī-

spersit eos Dominus in cunctas orbis regiões. *Gen. XI. A. M. circiter 1800.*

Abrahāmus, vöcante Deo, vēnit in terram Chanaan.

Dixit Dominus Abrahāmo: ‘Egrēdere è terra tua, et cognatione tua, et dōmō patris tui, et vēnī in terram quam monstrābo tibi. Faciam ut crescas in gentem magnam et bēnēdicam tibi, et magnificabo nōmen tuum, ērisque *Benedictus*. Bēnēdicam benedicientibus tibi, et malēdicam maledicentibus tibi: atque in te *benedicentur* unīversæ gentes terræ.’ Abrahāmus itāque, sicut præcepērat ei Dominus, egressus est urbe, quæ vöcātur Haran in Mesopotamia; secumque deduxit Saram uxorem suam, et Lothum filium fratris sui. Cumque vēnissent in terram Chanaan, apparuit Dominus Abrahāmo, et dixit ei: ‘Semīni tuo dābo terram hanc.’ Abrahāmus ædificavit ibi altāre Dōmīno qui apparūerat ei, et invöcāvit nōmen ejus. *Gen. XII. A. M. 2803.*

Cum autem prævaluisset fames in terra Chanaan, descendit Abrahāmus in Ægyptum cum uxore sua, et Lotho, et omnibus quæ habēbat, ut peregrinārētur ibi.

Lothus discedit ab Abrahamo.

Ex Ægypto rēversus est Abrahāmus in terram Chanaan dīvēs valde auro et argento. Sed Lothus, qui erat cum eo, habebat etiam grēgēs ovium, et armenta, et tabernacula: nec pōtērat eos capere eādē terra, ut habitārent simul. Unde et facta est rixa inter pastores grēgum Abrahāmi et Lothi. Cui ut finis impōnērētur, dixit ‘Abrahāmus Lotho: ‘Ne, quæso, sit jurgium inter me et te, et inter pastōres meos et pastōres tuos: fratres enim sūmūs. Ecce universa terra coram te est: recēde a me, obsēcro: si ad sinistram iēris, ego dextram tenēbo: si tu dextram elēgeris, ego ad sinistram pergā.’ Elevātis itāque oculis Lothus vīdit regionem quæ circa Jordānem amnem erat. Ea irrigabatur universa sicut paradīsus terrestris, antequam subverteret Dominus Sodomam et Gomorrhā. Elēgitque Lothus sibi sēdem ibi, et mōrātus est in oppīdis, et habitavit inter Sodom-

tas, qui pessimi hominēs ērānt et peccatōres coram Domino: Abrahāmus vero habitavit in terra Chanaan. *Gen. XIII.*

Nova promissio de multiplicando semine Abrahami.

Dixit Dominus Abrahamo, postquam recessit ab eo Lothus: ‘ Levā oculos tuos, et vidē a loco, in quo nunc
‘ ēs, ad aquilōnem et merīdiem, ad orientem et occiden-
‘ tem. Omnem terram, quam conspīcis, tibi dābo, et
‘ sēmīni tuo in sempīternum. Faciamque semen tuum
‘ sicut pulvĕrem terræ. Si quis pōtēst hominum nume-
‘ rare pulvĕrem terræ, semen quoque tuum nūmĕrare pō-
‘ tĕrit. Surge, et perambulā terram in longitudine et
‘ latitudine suā, quia tibi datūrus sum eam.’ Mōvēns
igītur tabernaculum suum Abrahāmus, habitāvit prope
urbem Hebrōnem, adificavitque altāre Domino.

Angeli hospitio excepti ab Abrahamo et Lotho.

Cum sēdĕret in ipso fervōre diēi Abrahāmus ante ostium tabernacūli sui, et elevasset oculos, appāruērunt ei tres virī stantes prope eum. Quos cum vidisset, cūcūrrit in occursum eorum ab ostio tabernaculi, et procumbens in terram dixit: ‘ Domine, si invēni gratiam in
‘ oculis tuis, ne transeas servum tuum: sed affĕram
‘ pauxillum aquæ, et lavāte pĕdēs vestros, et requiescĕte
‘ sub arbōre; pōnamque buccellam panis, et corroborāte
‘ cor vestrum. Pōstĕā transībĕtis. Idcirco ĕnim decli-
‘ nastis ad servum vestrum.’ Qui dixerunt: ‘ Fac ut
‘ locūtus es.’

Festīnavit Abrahāmus in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: ‘ Accelĕrā; similam commīscĕ, et panes sub
‘ cinĕre tostos affer quamprīmum.’ Ipse vero ad armen-
tum cūcūrrit, et tūlit inde vitulum tĕnĕrĕrĭmum et optĭ-
mum, dĕdĭtque servo, qui festīnāvit et coxit illum. Tū-
lit quoque butyrum et lac, et vitulum quem coxĕrat, et
pōsuit coram eis: ipse vero stābat juxta eos sub arbōre.
Cum autem comēdissent, et surrexissent, dĕduxit ĕōs
Abrahāmus. *Gen. XVIII.*

Vēnērunt duo ex illis vīrīs seu Angēlis Sodomam ves-
pēre, sedente Lotho in fōribus civitatis. Qui cum vīdis-
set eos, surrexit et ivit obviam eis, adoravitque pronus in
terram et dixit : ‘ Obsēcro, domīni, declinate in taberna-
‘ culum servi vestri, et manēte ibi : lavāte pēdēs vestros ;
‘ et manē, quo vobis animus est ire proficiscēmīni.’ Qui
dixērunt : ‘ Minīme : sed in platea manēbīmus.’ Com-
pūlit Lothus eos oppido ut diverterent ad eum : cumque
īngressi essent domum illius, pārāvīt eis convivium et
coxit panes sine fermento, et comēdērunt. *Gen. XIX.*

Abrahamus filium Isaacum immolare parat.

Tentāvīt Deus Abrahāmum, et dixit ēī ; ‘ Abrahāmē,
‘ Abrahāmē.’ At ille respondit : ‘ Adsum.’ ‘ Tolle, in-
‘ quit Deus, filium tuum unīgēnītum Isaacum, quem dī-
‘ ligis, et vādē in terram visiōnis, atque ibi offērēs eum
‘ in holocaustum super unum montium quem monstravē-
‘ ro tibi :’ Igītur Abrahāmus de nocte consurgens, strā-
vit asīnum suum, duxitque secum duos juvēnēs et Isaac-
um filium suum. Cumque concīdisset ligna in holo-
caustum, abiit in locum quem præcēpērat ei Deus.

Die tertio, elevātis oculis, vīdit lōcum prōcul : dixit-
que servīs suīs : ‘ Expectātē hīc cum asīnō : ego et puer
‘ ībīmus illuc prōpērantes, et postquam ādōrāvērīmus,
‘ revertēmur ad vos.’ Tūlit quōque ligna holocausti, et
ea impōsuit super Isaācum filium suum : ipse vērō por-
tāvīt in mānībūs ignem et gladium. Cumque duo per-
gērent sīmul, dixit Isaācus patri suo ; ‘ pater mi.’ At
ille respondit : ‘ Quid vis, fili ? Ecce, *inquit*, ignis et lig-
na : ubi est victima holocausti ?’ Dixit autem Abraha-
mus, ‘ Deus provīdēbit sibi victimam holocausti, fili mi.’
Pergēbant ergo pārīter.

Ubi vēnērunt ad lōcum quem ostendērat Deus, Abra-
hāmus ædīfīcāvīt in eo altāre, et super altare ligna com-
pōsūt. Cumque allīgasset Isaācum filium suum, pōsūt
eum super struem lignōrum. Extenditque mānum, et
arrīpūt gladium, ut immolāret filium suum. Et ecce
Angēlus Domini è cælo clamavit, dīcens, ‘ Abrahāme,
‘ Abrahāme :’ qui respondit : ‘ Adsum.’ Dixitque eī :
‘ Non extendās mānum tuam super puērū, neque fā-

‘cīās illi quidquam ; jam vīdeo tīmēs Deum, et non pēpērcisti unigenīto filio tuo propter me.’ Levāvit Abrahāmus oculus suos, et pōst tergum vīdit ariētem inter vepres harentem cornibus, quem assūmens, obtūlit holocaustum pro filio.

Vocavit autem Angēlus Domini Abrahāmum sēcūdo è cœlo, dīcens : ‘ Per mēmētīpsūm jurāvi, dīcit Dominus : quia fēcīsti hanc rem, et non pēpērcisti filio tuo unigenīto propter mē ; bēnēdicam tibi, et multiplicābo sēmen tuum sicut stellas cœli, et vĕlut arēnam quæ est in littōre mārīs ; possīdēbit sēmen tuum portas inimīcorum suorum, et bēnēdicentur in sēmīne tuo omnes gēntēs terræ : ‘ quīā ōbēdisti voci meæ.’ Reversusque est Abrahamus ad servos suos, abiēruntque Bersabee sīmul, et habitāvit ibi. *Gen. XXII.*

Eliezer Rebeccam uxorem adducit ad Isaacum.

Erat Abrahāmus sēnex, diērumque multorum, et Dominus in cunctis bēnēdixerat ei. Dixitque servo sēniōri dōmūs suæ, nōmīne Eliezer, qui præerat omnibus quæ habēbat : ‘ Jurā mihi per Dominum Deum cœli et terræ, te non acceptūrum uxōrem filio meo è filiābus Chanæonū, inter quos habitō : sed in Mesopotamīam, ubi cognitio mea est, profecturum, ut inde filio meo Isaāco conjūgem addūcas.’ Respondit servus : ‘ Si nōlūerit mulier venīre mēcum in terram hanc, numquid rēducēre dēbeo filium tuum in Chaldæam, e qua tu ēgressus es?’ Dixitque Abrahāmus : ‘ Cavē nēquando rēducas filium mēum illūc. Dominus Deus cœli, qui jussit me dōmum patris mei, in qua natus ērām, rēlinquēre, et qui jūrējūrādo confirmāvit, se sēmīni meo datūrum terram hanc, ipse dīrīget viam tuam, et mittet Angēlum suum tēcūm, ut possīs inde filio meo uxōrem ēligērē. Si vērō mulier nōlūerit sēquī tē, non tēnēbērīs jūrāmēnto. Hoc tantum te mōnēo, nē filium mēum illuc rēducas, undē ēgressus sum.’ Jūrāvit Eliezer in verba Abrahāmi, tūlītque dēcem camēlōs grēgis dōmīni sui, et portans ex omnibus ejus bōnīs sēcūm profectus est.

Ubi pervēnit in Mesopotamīam prōpe urbem Haran, camēlos suos fēcīt accūbāre ac rēquiescēre extra oppī-

dum juxta putëum äquæ, vespëre, tempöre, quo sölēbant muliëres ëgrëdi ad hauriendam äquam. Et dixit : ‘ Dö-
 ‘ minë Dëüs döminī mēi Abrahāmi, öccürrë, obsëcro,
 ‘ mīhi hödië, et böñtis esto atque misëricörs ergā domi-
 ‘ num meum Abrahānum. Eccë ëgo sto pröpë föntëm
 ‘ äquæ, et filiæ habitätörum hūjus cīvitātis ëgrëdiëntur
 ‘ ad hauriendam äquam. Fac igitur ut puella, cui egö
 ‘ dixëro, inclinā hydrīam tuam, ut bibam ; et quæ re-
 ‘ sponderit, bibë, quin et camëlis tuis däbo pötum ; ipsä
 ‘ sit, quam præparasti servo tuo Isaaco. Et per hoc intel-
 ‘ ligam te böñtätë et misëricördiä usum esse in domi-
 ‘ num meum.’

Vix hæc verba prötülërat, cum conspecta ab eo est Rebëcca, puellā maximë decörä, virgöque pulcherrimä. Quæ ubi descendit ad fontem, et implëvit hydrīam, rë-
 vërtëbätur. Occurrīt ëi Eliëzer, et dixit ; ‘ Pauxillum
 ‘ äquæ mīhi ad bibëndum præbë ex hydrīä tuä.’ Quæ
 respöndit : ‘ Bibë, dominë mi.’ Celeritërque dëpösuit
 hydrīam ex scapulä süper ulnam suam, et dëdit ei pötum.
 Cumque ille bibissët, adjëcit Rebëccä : ‘ Quin et camë-
 ‘ lis tuīs hauriam äquam, donëc cuncti bibānt.’ Effun-
 dënsque hydrīam in canāles, rëcurrit ad putëum, ut hau-
 rirët äquam : et haustum omnibus camëlis dëdit. Ipse
 autem contempläbätur eam tacitus, scīre volens, utrum
 prospërum itër suum fëcissët Dominus, an non.

Postquam bibërunt camëli, protülit servus Abrahāmi
 in aures aureas et armillas : quas tradidit Rebëccæ, et
 dixit ei : ‘ Cūjüs ës filiä ? indicā mīhi. Est in dömö pä-
 ‘ tris tuī löcüs ad mänëndum ?’ Quæ respondit : ‘ Filiä
 ‘ sum Bathuëlis qui nātus est Nachöre, fratre Abrahāmi.
 ‘ Palearum et fëni plurimum est apüd nös et löcus spa-
 ‘ tiösus ad mänëndum.’ Tum inclināvit së hömö, ët
 ädörāvit Dominum, dicens : ‘ Bënëdīctus sit Dominus
 ‘ Deus domini mei Abrahāmi, qui non abstulit misëri-
 ‘ cördiam ä Domino meo ; et recto itinëre më perduxit
 ‘ dömum frātris Domini mei.’ Cücürrit vero puella, et
 nunciavit matri suæ Melchæ omnia quæ contigerant.

Erat tunc dömi frāter Rebëccæ, cui nomen Labānus.
 Hic cum vidisset in aures et armillas in mänibus söroris
 suæ, et cuncta audisset quæ illä sibi ab Eliëzëre dictä
 rëfërebät ; festinüs ëgrëssus est äd hömīnem qui stäbat

cum camēlis prōpē fontem aquæ, dixitque ei : ‘Ingrē-
 ‘dērē, bēnēdictē à Domino : cur fōrās stās? prępārāvī
 dōmum et lōcum camēlis.’ Et introduxit eum in hospī-
 tium, camēlis stragūla detraxit, dēditque illis palēas et
 fœnum, ēt aquam hospiti, ad lāvāndos pēdēs ejus et vī-
 rorum qui venērant cum eo, et appōsītus est in conspec-
 tu ejus pānis. At ille nēgāvit sē quidquam cībī degusta-
 tūrum, antēquam expōsuisset suscepti itinēris causam et
 quæ sibi juxta fontem sēdēnti, atque Dominum Deum
 oranti contīgīssent. Quod ūbi pluribus verbis pręstītit,
 respondērunt Labānus et Bathuel : ‘A Domino ēgres-
 ‘sus est sermo : non possūmus adversus vōluntātem ejus
 ‘quidquam lōquī tēcum. En Rebecca coram te est, tollē
 ‘eam, et proficiscere, et sit uxor filii domini tui, sicut lō-
 ‘cūtus est Dominus.’ Quod cum audivisset servus Abra-
 hāmi, procīdens in terram adoravit Dominum. Prolatis-
 que vāsis argentēis et aurēis ac vestībus, dēdit ea Rebēc-
 cę pro mūnēre. Fratribus quoque ejus et matri dona
 obtūlit. Deinde inīto conviviō, vescentes pārīter et bī-
 bēntes mansērunt ībi.

Surgens autem manē Eliezer dixit : ‘Dīmīttē me, ut
 ‘vādam ad dominum meum.’ Responderuntque fratres
 Rebeccę ēt mater : ‘Mānēat puella saltem dēcem dīēs
 ‘apud nōs, et pōsteā proficiscētur. Nōlītē, ait, me rē-
 ‘tīnēre, quīā Dominus direxit viam meam ; dimitte me,
 ‘ut pergam ed dominum meum :’ Et dixērunt : ‘Vōcē-
 ‘mus puellam et quærāmus ipsius vōluntātem.’ Cum-
 que vocāta vēnisset : sciscitati sunt : ‘Vīs īre cum hō-
 ‘mīne illo?’ Quæ respondit : ‘Vādam.’ Dīmīsērunt
 ergo eam et nutrīcem illius, servumque Abrahāmi et
 cōmītes ejus, pręcantes prospēra sorōri suę. Igītur Re-
 becca et puellę illius, ascensis camēlis, sēcūtę sunt Elie-
 zērem, qui festīnus revertebātur ad dominum suum.

Eo autem tempōre egressus Isaacus ad mēditandum
 in agro inclinātā jam diē deambulābat. Cumque ēlē-
 vasset oculos, vīdit camēlos venientes prōcul. Rebecca
 quōque, conspecto Isaaco, ē camēlo descendit, et dixit
 servo : ‘Quis est ille homo qui vēnit per agrum in oc-
 cursum nōbis?’ Respondit Eliezer : ‘Ipse est dominus
 ‘meus.’ Atque illā tollens citō pallium, ōpērūt se.
 Servus autem cuncta quę gesserat narravit Isaaco : quī

introduxit Rebeccam in tabernaculum matris suæ, et accēpit eam in uxōrem. Tantūm vero dilexit eam, ut dōlōrem, qui ex morte Saræ matris ejus accidērat, tempēraret. *Gen. XXIV.*

Profugum Jacobum consolatur Deus.

Odērat Esau frātre suum Jacōbum propter *bēnēdictiōnem* primōgēniti quam à patre accēpērat, sēque ei proptēreā mortem allatūrum pālām mīnābātur. Tīmēns itāque Rebēcca vitæ carissimi sibi filii Jacōbi persuasit illorum parenti Isaaco, mittendum esse eum quamprimūm in Mesopotamiā, tum ut inde sibi è dōmō consanguīneā uxōrem assūmēret, tum ut intērēā cessaret indignatio et furor fratris ejus. Igitur cum dīmīssisset eum pater, prōfectus Jacōbus vēnit ad quendam lōcum, vōlūtque in eō rēquiescēre post sōlis occāsum. Tūlit ūnum è lapīdibus qui jacēbant in agro, et suppōnens cāpiti suo dormivit in eōdem lōcō. Vīditque in somnis scalam stantem sūper terram, et summam ejus partem tangentem cælum : Angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam : et Dominum innixum scalæ dīcentem illi. ‘Ego sum Dominus Deus Abrahāmi patris tui, et Deus Isaaci : terram in quā dōrmīs tibi dābo et sēmīni tuo : ērītque sēmen tuum quasi pulvis terræ : dilatabēris ad occīdēntem et ōriēntem, et septentriōnem et merīdiem : et bēnēdīcentur in te et in sēmīne tuo cunctæ trībus terræ. Et ēro custos tuus quocunque perrexēris, et rēdūcam te in terram hanc, nec dīmīttam, nīsī complēvēro omnia quæ dixi.’

Cum ēvīgīlāset Jacobus de somno, dixit : ‘Vērē Dominus est in loco isto, et ego nesciēbam.’ Pavensque ; ‘Quām terrībilis est, *inquit*, lōcus iste ? non est hīc āllud nīsī dōmūs Dei, et porta cæli.’ Surgens ergo Jacobus manē tulit lapidem quam suppōsūerat capiti suo, et erexit in titulum, fundens oleum super eum. Vōvit ētīam votum, dīcens : ‘Si fuērit Deus mecum, et custodierit mē in viā per quam ego ambūlo, et dēderit mihi pānem ad vescendum, et vestimentum ad induendum, rēversusque fuēro prospērē dōmum patris mei :

‘erit mihi Dominus in Deum, et lapis ille, quem erexi
 ‘titulum, vocabitur Dömüs Dēi; cunctōrumque quæ dē-
 ‘deris mihi, Dēüs, dēcīmās offērām tibi. *Gen. XXIV. 28.*

Jacobus benignè excipitur a Labano avunculo.

Jacōbus iter persēcūtus, in Mesopotamiā pervēnit, et
 vīdit puteum in agro, trēs quōque grēgēs ōvium accū-
 bāntes juxtā eum. Nam ex illo adāquābantur pęcōra,
 et ōs ējus grandi lapīde claudēbātur. Mōrisque ērāt, ūt,
 cunctis ōvibus congrēgātis, dēvolvērent lapīdem, et rē-
 fēctis grēgibus, rursum sūper ōs putēi pōnērent. Dixit-
 que pastoribus; ‘Fratres unde estis?’ Qui respondērunt:
 ‘Ex urbe Haran.’ Quos iterum interrōgans, ‘Num-
 ‘quid,’ ait, ‘nostis Labānum?’ Dixērunt: ‘Nōvīmus.
 ‘Sanusque est?’ inquit. ‘Valet,’ inquit, ‘et ecce
 ‘Rachel filia ējus vēnit cum grēge suō; Dixitque Jacōbus;
 ‘Adhūc multum diēi sūpērest, et nondum tempūs est ut
 ‘rēducantur ad caulas grēgēs; dāte antē pōtum ōvibus,
 ‘et sic eās ad pastum rēducite.’ Qui respondērunt:
 ‘Non possūmus, donēc omnia pęcōra congrēgentur, et
 ‘amōveāmus lapīdem ab ōre putēi, ūt adāquēmūs grē-
 ‘gēs.’

Adhūc loquēbantur, et ecce Rachel vēniēbat cum ōvī-
 bus patris sui: nam grēgem ipsā pascēbat. Quam cūm
 vīdīssēt Jacōbus, et scīret consobrīnam suam esse, ōvēs-
 que Labāni avūncūli sui, amōvit lapīdem quo putēus
 claudēbātur, et adāquāto grēge, oscūlātus est eam, et
 elevātā vōce flēvit, et indicāvit ei filium esse sē Rebēccæ,
 sōrōris patris ējus. At illā festīnans nunciāvit patri suō.
 Qui cūm audīvīssēt vēnīsse Jacōbum filium sōrōris suæ,
 cūcūrrit obvīam ei, complexusque eum, et in oscūla rū-
 ēns, duxit in dōmum suām. *Gen. XXIX.*

Josephus patri charus et fratribus invisus.

Jacōbus, qui et āliō nōmīne Israēl dīcītur, filios ha-
 būit duodēcim, inter quos prācipūo amōre dīlīgēbat Jo-
 sēphūm, eo quōd in sēnectūte gēnuīssēt eum: dēderat-
 que ei tunīcam e filis variī colōris textam. Vīdēntes
 autē fratres ejus, illum esse patri cætēris filiis chariō-

rem odērant eum, nec pōtērant ei quidquam pācificum dīcere : maxīmē ex quo tempōre sexdecim annos nātus, et pascens grēgem, quosdam ex iis accūsāverit apūd patrem crimine pessimo. Sed majōri odīo atque invīdiæ occasiōnem dēdit somnium duplex, quod a se vīsum fratribus suis rētūlit Josēphus. Dixit enim ēis : ‘ Audīte somnium meum quod vīdi. Pūtābam nos ligāre manīpūlos in agro, et quāsī consurgere manīpūlum meum et stāre, a vestris verò manīpūlis circumstantibus adōrāri manīpūlum meum.’ Respondērunt fratres ejus : ‘ Numquid Rex noster ēris, aut subjiciēmur ditiōni tuæ?’ Aliud quoquē vīdit somnium ; quod narrans fratribus, ‘ Vīdi, *inquit*, intēr somnium quāsī sōlem et lūnam et stellas undēcim adōrāre me.’ Quod cū patri suo et fratribus rētūlisset, increpāvit eum pater, et dixit : ‘ Quid sibi vult hoc somnium quod vīdisti ? num ego et māter tuā, et fratres tui adorābimus te sūper terram?’ Invīdebant igitur ei fratres : pater verò rem tacitus considērābat. *Gen. XXXVII.*

Josephus venditus a fratribus.

Jacōbus mīsit filium Josēphum ad quærendum fratres suos qui pascebant ovēs in agris Sichem, et vīdendum an cunctā prospēra essent circa eos et pęcōra. Ut illi conspexērunt eum procul, antēquam accēderet ad illos, ējus occīdēdi consilium cēpērunt, et mutuò loquebantur : ‘ Eccē somniātor vēnit ! vēnite, occīdāmus eum, et projiciāmus in cisternam vētērem : dīcēmusque, fēra pessīma devoravit eum. Et tunc apparēbit quid illi prōsint somniā sua.’ Audiēns autem hoc Ruben, qui erat inter eos ætate maxīmus, nītēbatur libērāre Josēphum ē manibus fratrum et dīcēbat : ‘ Ne vitam ei ēripiātis, nequē effūdātis ejus sanguinem : sēd tantūm dīmīttē eum in cisternam hanc, quæ est in solitūdīne, manusque vestras a fraternā cādē innoxias servāte.’ Hoc autem dīcēbat, vōlēns ēripere eum e manibus illōrum, et reddere patri suo.

Confestim igitur ut pervēnit Josēphus ad fratres suos, nudāverunt eum tunīcā talāri, e filis varii colōris mixtā, et dēmīsērunt in cisternam vētērem, quæ non habēbat

āquam. Cūm autem consēdissent ad cōmēdendum pānem, vīdērunt Ismaēlītas viatōrēs ēt camēlos eōrum portantes vāria arōmāta in Ægyptum. Dixit ergo Judas fratribus suīs : ‘ Quid nōbis prōdērit si occīdērīmus fratrem nostrum, et occultavērīmus mortem ipsius? mēlius est ut venundētur Ismaēlītis, et mānūs nostræ, non pollūantur : frater enim et cāro nostra est.’ Paruērunt fratres verbis illius, et extrāhēntes Josēphum e cisternā vīgīnti nummis argentēis vendīdērunt prāterēuntibus, negociatōribus, qui duxērunt in Ægyptum : rēversusque Ruben ad cisternam non invēnit puerum : et scissis vestibus pergens ad fratres suos dixit : ‘ Puer non compāret, et ego quō ībo?’

Tulērunt autem fratres Josēphi tunīcam ejus, et in sanguīne hēdi, quem occīdērant, tinxērunt. Tum mīsērunt qui ferrent ad patrem, et dīcērent : ‘ Hanc invēnīmus tunīcam : vīdē utrūm filii tui sit, an non.’ Quum cum agnovisset pater, dixit : ‘ Tunīca filii mei est fēra pessīma comēdit eum ; bestia dēvōrāvit Josephum.’ Scissisque vestibus indūtus est cilicio, lugens filium suum multo tempōre. Congrēgātis autem cunctis libēris ejus ut lenīrent dōlōrem patris, nōlūit consōlātiōnem accipēre, sed dixit : ‘ Descendam ad filium mēum lugens in sepulchrum :’ diuque perseverāvit in flētū.

Josēphus hērō Potiphāri chārus.

Ubi in Ægyptum, ab Ismaēlītis perductus Josēphus, ēmit eum Potīphar Ægyptiūs. Fuit autem Dominus cum Josēpho, itā ut cunctā illi prospere cēdērent. Habitāvitque in ædibus domini sui, qui optīmē cognoscēbat Deum esse cum illo, et omnia quæ gērērēt ad felicem exitum perdūcere. Invēnit itāque Josēphus grātiam cōrām hērō cui ministrābat, et prāpōsītus ab eo omnibus, gubernābat crēditam sibi dōmum, et ūnīvērṣā quæ ei trādīta fuērānt. Nēc Potīphar, relictā fideli ministro rerum suarum curā, quidquam aliūd nōvērāt, nisi panem quo vescēbātur. Bēndixītque Dominus dōmui Ægyptiū propter Josēphum, et quīdquid habēbat sīvē dōmi sive rūri mīrē auxit. *Gen. XXXIX. An. M. 2276.*

Josephus in carcĕrem conjĕctur.

Erat Josephus pulchrā faciē, et decōrūs aspectu : Itāque dominā ejus ōcūlos injĕcit in illum, et turpi libīdīne ardens, juvĕnem ad flagitium pellicĕre vōluit. At ille, nĕquāquam consentiens scĕlĕri nĕfāriō, respondit : ‘ Eccē dominus meus, omnibus mihi traditis, ignōrat quid habĕat in dōmo suā : nĕc quidquam est quod non in meā sit. postetāte, vel non tradidĕrit mihi, prāter te, quæ uxor ejus ĕs : quomōdo ergo possum hoc mālum facĕre, et peccāre in Deum meum ? ’ Per singūlos dĕs mulier molĕstā ĕrāt adolescenti et ille assentīri nōlĕbāt.

Contĕgit autem quādam diē, ut intrāret Josĕphus dōmum, et ōpūs alĕquod absque arbĕtris facĕret. Tunc illā apprehendit ōram vestĕmenti ejus. Vero ille rĕlictō in mānu ejus pallio, fūgit, et ĕgressus est fōrās. Cumque vīdisset mulier vestem in mānibus suis, et se esse contemptam ; vōcātis ad se fāmūlis dōmūs suæ, dixit : ‘ En Potiphar introduxit vĕrum Hebræum ut illūdĕret nōbis ; vōlūit ĕnim ille mihi vim infĕrrĕ ; cūm vĕrō exclamāssem, rĕlīquit pallium quod tenĕbam, ĕt aufūgit. ’ In argumentum quōquĕ fidĕi suæ rĕtentum pallium ostĕndit marĭto rĕvertĕnti dōmum. Ille, audĭtis quĕrĕlis conjūgis, et ejus verbis nĕmīūm crĕdūlus, irātus est valde ; mĭsitque Josĕphum in eum carcĕrem, ubi vincti regis custodiĕbantur, et ĭbĭ clausus est.

Fuit autem Dominus cum Josĕpho, et mĭsĕrtus illius, dĕdit ei grātiam in conspectu Præfecti carcĕris. Hic ergo tradidit Josĕpho unĕversos vinctos qui in custōdiā tenĕbantur, itā ūt nĕhĭl, nĕsĭ ilius jussu, fierĕt : nĕc ipse Præfectus cūjūsquam rei curam gĕrĕret, cunctis ei crĕdĭtis. Dominus quippĕ ĕrāt cum illo, et omniā ōpĕrā ejus dĭrĕgĕbat. *Gen. XXXIX.*

Somnia duorum vinctorum interpretatur Josephus.

Annō unō postquam in carcĕrem conjĕctus fuĕrat Josĕphus, advĕrsus Rĕgem dominum suum peccavĕre Ēgyptiī duo. Alter pincĕrnis præĕrat, alter pistōribus. Accĭdit autem ut utĕrque in eum carcĕrem missus fuĕrit, in quo ĕrāt vinctus et Josĕphus. Cūm alĕquāntūlum

temporis effluxisset, qui in custodiâ tenebantur, habuerant ambo eadem nocte somnium, indicans quid in posterum utriusque esset eventurum. Ad quos cum introisset Josèphus manè, et vidisset eos tristes, sciscitatus est, cur tristior solito esset facies eorum? Qui responderunt: 'Somnium vidimus, et non est qui interpretetur nobis.' Dixitque eis Josèphus; 'Numquid non Dei est interpretatio somniorum? refertè mihi quid videritis.'

Tum Præpositus pincernarum narravit prior somnium suum his verbis: 'Videbam coram me vitem, in quâ erant tres propagine, crescere paulatim in gemmas, et, postquam erupissent flores, uvas maturescere. Eratque calix Pharaonis in manu meâ. Tuli ergo uvas, et expressi in calicem quem tenebam, et tradidi poculum Pharaoni.' Respondit Josèphus: 'Hæc est interpretatio somni: tres propagine tres dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerii tui, et restituet te in gradum pristinum: dabisque ei calicem juxta officium tuum, sicut antè facere consueveras. Tantùm memento mei cum benè tibi fuerit; et, fortis meæ misertus, mentionem mei facias apud Pharaonem, ut educat me ex isto carcere: quia furtim sublatus sum e terrâ Hebræorum, et hic innocens in foveam coniectus sum.'

Videns pistorum Magister somnium socii sui fuisse prudenter dissolutum a Josèpho, dixit: 'Et ego habui somnium. Nempe vidi, cum tria canistra habërem super caput meum, et, in eo canistro quod erat cæteris excelsius, portare cibos omnes qui fiunt arte pistoriâ, aves devorantes comedere ex eo.' Respondit Josephus: 'Hæc est interpretatio somni: tria canistra tres dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, et lacerabunt volucres carnes tuas.'

Tertius post duplicem hanc somniorum interpretatiõnem diès natalitius Pharaonis fuit: qui, grande convivium parans, recordatus est magistri pincernarum, et pistorum principis; restituitque alterum in ministerium suum, ut porrigeret sibi poculum; alterum verò suspendit in patibulo. Itâ Josèphum verâ prædixisse eventu probatum est. Et tamen, succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. *Gen. XL.*

Gemĭnum Pharaōnis somnium Josephus explicat.

Post duos annos vīdit Pharāo somnium. Pūtabat stare se juxta Nilum flūvium, e quo ascendēbant septem bōvēs pulchræ et crassæ, et pascēbantur in lōcīs palustribus. Aliæ quoque septem emergēbant ex eōdem flūmīne, fœdæ confectæque macie, quæ dēvōravērunt eas, quārum mīra spēcīēs et habitūdo corpōrum ērāt. Expergēfactus Pharāo, rursus dormīvit, et vīdit altērum somnium. Septem spicæ pullulābant in culmo ūno, plēnæ atque formōsæ : aliæ quōquē tōtīdem spicæ tenues et percussæ urēdīne oriēbantur, quæ priōrēs pulchras es plenas dēvōrābant.

Evīgīlāns Pharāo pōst quiētem, ubi diēs illuxit, pavōre perterrītus, mīsīt ad omnes conjectōres Ægypti, cunctōsque sapientēs : et accersītis narrāvīt somnium. Nec ērat qui interpretētur. Tunc dēmum rēminiscens eōrum quæ sibi biennio antè contīgērānt Magīster pīncernārum, dixit : ‘ Confīteor peccātum meum. Irātus, rex servis suis, me et magīstrum pistōrum rētrūdi jussit in carcērem, ubi unā nocte utērque vīdīmus somnium præsāgum futurōrum. Erat ibi puer Hebræus, cui narrantes somnīa, audīvimus quidquid pōstēa rei prōbāvit ēvēntūs. Ego enim reddītus sum officīo mēō, et illē suspensus est crūce.’

Prōtīnus ad Rēgis impērium eductum e carcēre Josēphum tōtondērunt, ac veste mūtātā in rēgiam perduxērunt. Tunc ei Rex : ‘ Vīdi,’ inquit, ‘ somnīā, nēc est qui ea explānet, quæ audivi te sapientissīmē interpretārī.’ Respondit Josephus : ‘ Absque me respondēbit Deus pro spērā Pharāōni.’ Narrāvīt ergo Pharāo quod vīdērat. ‘ Putābam me stāre sūper ripam flumīnis, et septem bōvēs ab amne conscendere pulcherrīmas, et obēsis carnībus, quæ in pastu palūdis virēta carpēbant. Et ecce has sēquēbantur aliæ septem bōvēs tam deformēs et macilentæ, ut nunquam talēs in Ægypto vīdērim : quæ, devōrātis et consumptis priōribus, nullum saturitātis dēdere signum : sed simīli maciē et squalōre torpēbant. Evīgīlāvi : at rursus sopōre depressus, altērum vīdi somnium. Septem spīcæ pullulābant in culmo ūno, plēnæ atque pulcherrīmæ. Aliæ quōquē septem tēnūs

‘ et percussæ urēdīne ōriebantnr e stipulâ, quæ priōrum
 ‘ pulchritūdīnem devōrāvērunt. Narravi conjectōribus
 ‘ somnium, et nēmo est qui explīcet.’

Respōndēt Josēphus: ‘ Gemīnum illud rēgis somnium
 ‘ unum atque idem est: quæ factūrus est Deus ostendit
 ‘ Pharaōni. Septem bōvēs pulchræ, et septem spicæ ple-
 ‘ næ, septem ubertātis anni sunt. Septem quōque bōvēs
 ‘ tēnuēs atque macilentæ, et septem spicæ tēnuēs ac ven-
 ‘ to urente percussæ, septem anni ventūræ fāmīs sunt,
 ‘ qui hoc ordīne complēbuntur. Eccē septem anni veni-
 ‘ ēnt fertilitātis magnæ in unīversā terræ Ægypti, quos
 ‘ sēquēntur septem anni alī tantæ sterilitātis, ut obliuīōni
 ‘ tradātur cunctā retrò abundantīa, et ubertātis, magnitū-
 ‘ dīnem perditūra sit inōpiæ magnitūdo. Quod autem du-
 ‘ plex ad eandem rem pertīnēns somnium hābūisti: hoc
 ‘ eventūs certò et citò futūri indicium est. Nunc ergo
 ‘ quærat Rex vīrum sāpīentem et industriūm. Præficiat
 ‘ eum Ægypto. Ille autem constitūat Præpōsitos per
 ‘ cunctas regiōnēs, et quintam partem fructuum per sep-
 ‘ tem annos fertilitātis jam jam futūros convēhāt in hor-
 ‘ rēā. Omnē frumentum condātur servēturque in urbi-
 ‘ bus sub Pharaōnis pōtestāte, atque præparētur futuræ
 ‘ septem annōrum fāmī, quæ oppressūra est Ægyptum.’

Plācūit Pharaōni consilium, et cunctis mīnīstris ejus,
 exclamavitque: ‘ Num invēnīre pōtērīmus tālem vīrum,
 ‘ qui spīritu Dei plēnus sit?’ Et dixit Josēpho: ‘ Quīā
 ‘ ostendit tibi Deus omnia quæ locūtus es, numquīd sa-
 ‘ pientiōrem quenquam aut consimīlem tui invēnīre pō-
 ‘ tēro? Eccē constitūī te sūper unīversam terram Ægyp-
 ‘ ti. Absque tuō impēriō non mōvēbit quisquam mānum
 ‘ aut pēdem. Et ad tui ōris impērium cunctus pōpulus
 ‘ ōbēdiēt: uno tantūm regni solio te præcēdām.’ Tum
 detractum e mānū suā annūlum ejus mānūī insērūit;
 vestīvit eum stōlā byssīnā; collō torquem aureum cir-
 cumpōsūit: vōlūit præterēā eum ascendere sūper cur-
 ruin suum sēcūndum, clamante præcōne, ut omnes cō-
 ram ēō genu flectērent, et præpōsitum esse scīrent unī-
 versæ terræ Ægypti. Vertitque nōmen ejus, et vōcāvīit
 eum, linguā Ægyptiācā, ‘ Salvatōrem Mundi.’ Dēditque
 illi uxōrem Asscnetham, filiam sacerdotis Hēliopōlēōs,
 ex quā natī sunt ei pōstēā filii duo, Manassēs et Ephrā-

imus. Porro triginta annorum erat Josēphus, quando stētit in conspectu Pharaōnis. *Gen. XLI.*

Septem anni ubertātis, tōtidēmque inōpiæ.

Egressus Josēphus ē conspectu Pharaōnis circuīvit, ac perlustrāvit omnēs regiōnes Ægypti Vēnitque fertilitas septem annorum; et in mānīpūlos redactæ sēgētēs congestæ sunt in horrēis Ægypti. Omnis etiā frūgum abundantia in singūlis urbibus condita est. Tantæque fuit cōpia tritici, ut arēnæ mārīs coæquarētur et mensūram excēdēret. Transactis septem annis ubertātis, cœpērunt vēnīre septem anni inōpiæ, quōs prædixerat Josephus, et in universo orbe fāmes prævaluit: in cunctā autem terrā Ægypti pānis ērāt. Cūm vērō etiā apūd Ægyptios grasārī fāmēs incēpisset: clamāvit pōpulus ad Pharaōnē, alimētā pētēns. Quibus illē respōdit: ‘Itē ad Josēphūm, et quidquid ipse vōbis dixērit, faciēte.’ Apērūtque Josēphus unīversā horreā, et vendēbat Ægyptiīs: nam et illōs opprēsserat fāmēs. Omnēsque Provīnciæ vēnībant in Ægyptum, ut emērēt escas, et mālum inōpiæ tempērarent.

Frātrēs Josēphi tradīti in custōdiam.

Cūm audīvisset Jacōbus alimēnta vendi in Ægypto, dixit filiis suis: ‘Cur sic dēsīdēs cunctāmīni? audīvi ‘tritīcum venūdārī in Ægypto: descendīte et emīte nō- ‘bis illīnc necēssāria, ut possīmus vīvēre, et non con- ‘sūmāmur inōpiā.’ Prōfecti igitur dēcem frātrēs Josēphi, ut emērēt frumētā, ingressi sunt in Ægyptūm cum aliis qui pārīter vēniēbant ad emēndam annōnam. Jacōbus vērō, retīnuit dōmī Benjamīnum, tīmēns ne fortē in itinēre aliquid mālī pātērētur.

Erat tunc Josephus princeps in Ægypto, atque ad ējus nutum frumētā pōpulis vendēbantur. Cumquē adōrāssent eum frātrēs sui, et agnōvīssent illos; non est ipse cognītus ab ēīs. Itaque quāsī aliēnos duriūs allōquēns, dixit: ‘Unde vēnīstis? qui respōdērunt: ‘E terrā Cha- ‘naan, ut emāmus victūī necēssāria. Explōrātōres es- ‘tis,’ inquit Josēphus: ‘ut vīdeātis infirmīōra Ægypti ‘vēnīstis.’ Qui dixērunt: ‘Non est itā, Domīne, sed

‘servi tui vērunt, ūt ēmērent cibōs. Omnēs filii unius
 ‘vīri sūmus. Pacīfici vēnimus, nēc quidquam fāmūli
 ‘tuī machīnāntur mali.’ Quībus illē respōndit : ‘Alīter
 ‘est : ad explōrāndā immūnīta terræ hūjūs huc vēnīs-
 ‘tīs.’ At illi : ‘Duodēcim,’ inquīunt, ‘servi tui, fratres
 ‘sūmus, filii vīri unius in terrā Chanaan ; mīnimus cum
 ‘patrē nostro est, ālius non sūpērēst. Hoc est,’ ait,
 ‘quod locūtus sum : explōrātōres estis. Jam nunc ex-
 ‘pērimētum vestri cāpiām ; non ēgrēdiēmīni hinc, dō-
 ‘nēc vēniat frāter vester mīnimus. Mītīte ex vōbis ū-
 ‘num, et addūcat eūm : vōs autem ēritis in vincūlis,
 ‘dōnēc utrūm vērā ān falsā sint quæ dixistis compēre-
 ‘rim : aliōquin, certē explorātōres estis.’ Trādīdit de-
 ‘inde illos custōdiæ. Gen. XLIII.

Rēvērtuntūr ād pātrem, Simeone rēlīcto in vincūlis.

Diē tertīo ēductis e carcēre fratribus dixit Josēphus :
 ‘Facite quæ dixi, et vivētis : Deum ēnim tīmēo. Si
 ‘pacifici estis, ūnus e vōbīs ligētūr in carcēre, cætēri au-
 ‘tem abīte, et fertē frumētā quæ ēmīstis ad expellen-
 ‘dam fāmēm ē fāmiliā vestrā. Frātrem vērō vestrum
 ‘mīnimus ād mē addūcite, ūt possim sermōnum vestrō-
 ‘rum vērītātem explōrāre, ēt nōn mōriāmīni.’ Pollicīti
 ‘sunt illi sē factūrōs quæ jūbēbat Josēphus, ēt intēr sē
 ‘collōquētēs dixērunt altēr altēri : ‘Mērito hęc pātīmur,
 ‘quā peccāvīmus in frātrem nostrum, vīdētēs angōrem
 ‘ānīmī ejus, dum dēprēcārētur nos, et non audīvīmus :
 ‘idcīrco vēnit sūpēr nōs istā calamītās.’ E quībus ūnus
 ‘Ruben dixit : Numquīd non dixi vōbīs, Nōlītē peccāre
 ‘in puērūm ; et non audīstis mē ? en sangūis ejus a nō-
 ‘bis exquīrītur.’ Nēsciēbant autem quæcūque dicē-
 ‘rent intellīgī a Josēpho, eō quōd per interprētem eos
 ‘allōquērētur. Avertītque ille sē parūmper, ēt flēvit.
 ‘Mox rēvērsus, vinxit Simeonem, illis præsēntibus, jus-
 ‘sitque mīnīstros implēre eorum saccos tritīcō, et rē-
 ‘pōnēre pecūniās singūlōrum in saccō cūjūsque, dātīs
 ‘prætērēā cibāriīs in viam.

Impōsīto asīnis suīs frumēnto, prōfēcti sunt frātres
 Josēphi. Apertōque unūs saccūlō, ut dāret jūmēnto pa-
 ‘būlum in dīversōrio, vīdit pecūniām in ōre saccūli : et

mīrans dixit fratribus suis : ‘ Reddita est mihi pecūnia ;
 ‘ en est in sacco ! ’ Tum v̄ero obstupēfacti turbātique,
 mūtuo dixerunt : ‘ Quidnām est hoc, quōd fēcit nōbis
 ‘ Deus ? ’ Vēnēruntque ad Jacōbum patrem suum in ter-
 ram Chanaan, et narrāverunt omnia quæ accidissent
 sibi, dīcētēs : ‘ Durīs nōs verbis compellāvit Ægypti
 ‘ præfectus, et nōs exploratōres esse dixit. Cui respon-
 ‘ dīmus : Pācifici sūmus, nec ullas molīmur insīdias.
 ‘ Duodēcim frātrēs, uno patre genītī sūmus : unus non
 ‘ sup̄erest ; mīnimus cum patre Nostro est in terrā
 ‘ Chanaan. Qui respōndit nōbīs : sic exp̄riar, pacifi-
 ‘ cīnē sītis et vērācēs : unūm aliquem e fratribus rē-
 ‘ linquite apud me, et cibāria dōmibus vestris necēssaria
 ‘ sūmite, et abīte ; frātreque vestrum mīnimus ad-
 ‘ dūcite ad mē. Tum scīam vōs exploratōres non esse,
 ‘ et illum, qui rētētus in vincūlis fuērit, rēcipere pōtēritis,
 ‘ ac deinceps licēntiam habēbitis emēndi quæ vōlūeritis.’
 His dictis, cū frumentā effūderent, singūli rēpērunt
 in ore saccoꝝum ligātas pecūnias ; exterrītisque sīmūl
 omnibus, dixit pātēr Jacōbus : ‘ Absquē lib̄erīs me esse
 ‘ fēcistis : Josēphus non extāt : Simeon tēnētur in vin-
 ‘ cūlis, et Benjamīnum aufertis : In me hæc omnia mālā
 ‘ rēcidūnt.’ Cui respondit Ruben : ‘ Duōs filiōs meōs in-
 ‘ tērficē, si non rēdūxēro Benjamīnum tibi : dā illum in
 ‘ mānum fidēmqūe mēam, et ego eum tibi rēstitūam.’
 At ille, ‘ Non descendet,’ inquit, ‘ filius meus vobīscum :
 ‘ frater ējus mortuus est, et ipsē sōlūs rēmānsit ē filiīs
 ‘ Rachēlīs. Si quid ei adversi accidērit in terrā eā ad
 ‘ quam pergītis, dēdūcētīs cānos meōs dolore ad tūmū-
 ‘ lum.

Rēdēunt in Ægyptūm filii Jacōbi cūm Benjamīnō.

Intērim fāmēs omnem terram v̄hemēnter prēmēbāt :
 consumptīsque cibīs quos ex Ægyptō detulērānt filiī Ja-
 cōbi, dixit illīs pātēr : ‘ Rēv̄ertimīnī, et emīte nōbīs
 ‘ pauxillūm escārūm.’ Respōndit Judas : ‘ Denunciā-
 ‘ vit nōbis, et adhībītō jūrējūrāndo, dixit vir ille qui tōti
 ‘ Ægypto præest ; non vīdēbitis faciē meam, nisi fra-
 ‘ trem vestrum mīnimūm addūxērītis vōbīscūm. Si ergo
 ‘ vīs eum mittere nōbīscūm, unā ibīmus, et emēmus tibi

‘necēssāria : si autem non vis, non rēvērtēmur in Ægyptum.’ Dixit eis Isrāēl : ‘In meām hōc fēcistis mīsērīam, ūt indicārētis eī ēt alīum habēre vos frātrēm.’ At illi responderūt : ‘Interrōgāvit nos hōmō per ordinēm de nostrā progēnē an pāter vīvērēt ? an alīquem prætērēā frātrēm haberēmus ? ēt nos ad singūla quæ fuērat sciscitātus respondīmus. Nūmquid scīre pōtērāmus eum dictūrū esse ? Addūcite frātrēm vēstrū vobīscūm. Judās quōqūe dixit patrī sūo : ‘Mittē puerum mēcum, ut proficiscāmur, et possīmus vīvēre, et non mōrīāmur nos et parvūli nostri. Ego suscipiō puerum : à me requīre illum. Nīsī rēduxēro, ēt reddidēro eum tibi, ēro peccātī rēus in tē omni tempore. Si Benjamīnum stātīm dīmīttēre vōluissēs jam sēcūndō rēdūsissemus.’ Igītur pāter eōrūm dīxit : ‘Si sic nēcēsse est, faciēte quōd vultis. Sūmīte ex optimīs hujus terræ fructibus, et defertē vīro mūnēra, mōdicum resīnæ, et mellis, et storacis, stactes et terebīnthis, et amygdālārūm. Pecuniā quōque duplicē ferte vōbīscūm ; et illam quam invenistis in saccūlis rēpōtāte, nē fortē errōre factum sit. Sēd ēt frātrēm vēstrū tollīte, et itē ad vīrum. Dēus autem meus omnīpōtens faciāt vobis eum placabīlem : et rēmīttat vobīscūm frātrēm vēstrū, quem tēnēt : ego autem quāsī orbātus libēris ero.’ Tulērunt ergo mūnēra defērendā ad Josēphum et pecuniā duplicē, et Benjamīnum : descendēruntque in Ægyptum, et stētērūt cōrām Josēpho. Gen. XLIII.

Josēphus rēvērsēs frātrēs cum Benjamīnō excēpīt convivīō.

Cūm frātres vīdīssēt Josēphus et Benjamīnum sīmul, hęc prācipit dispensātori dōmūs suæ : ‘introduc vīrōs dōmūm, et instrūē convivīum, quōnīam mēcum sunt comēstūri meridīē.’ Fēcit ille quod sibi fuērat impērātum et introduxit vīrōs dōmūm. Ibīque exterrīti, dīxērunt mūtūo : ‘Proptēr pecuniā quam rētūlimus prius in saccīs nostris, introductī sūmus : hęc in nōs devolvitur calumnia, ut subjiciāmur servitūti et nōs et asīnī nostri.’ Quamōbrem in ipsīs fōrībūs accēdētes ad dispensātōrem dōmūs dīxērunt : ‘Orāmus, domine, ut

‘audiās nos. Jam antè descendīmus huc ut ěměrē-
 ‘mus escas : quībus emptis, cūm venīssēmus ad diver-
 ‘sōrium, apĕrūīmus saccos nostros, et invēīmus pecū-
 ‘niam in ōre saccōrum, quam nunc eōdem pondĕre rē-
 ‘portāvīmus : sed et aliud attūlīmus argĕntum, ut ěmā-
 ‘mus quæ nobis necessāria sunt : priōrem vĕro pecūniām
 ‘quīs rĕpōsūĕrit in saccūlīs nostris, omnīno nĕscīi sū-
 ‘mus.’ At ille respondit : ‘Pax vōbīscum ; nōlīte tī-
 ‘mĕre. Deus vester, et Deus patris vestri dĕdit vōbis
 ‘thesauros in saccīs vestris : nam pecūniā vestrā ad me
 ‘pervēnit.’ Eduxītque ād ěōs Simeōnĕm. Et intrō-
 ‘ductis dōmūm, attūlit āquam, ĕt lāvārunt pĕdēs suos,
 ‘dĕdītque pabūlum asīnis eōrūm. Illī vĕro pārābant
 ‘mūnĕra, donĕc ingrĕdĕrĕtur Josĕphus merīdie : audiĕ-
 ‘rānt ĕnīm sĕ ĩbī convīviō excīpiĕndōs.

Īgītur ingrĕssūs est Josĕphus dōmum suam, obtulĕ-
 ‘runtque ei fratres sui mūnĕra, ĕt ādōrāvĕrunt proni in
 ‘terram. At ille clementer eos rĕsalūtāvīt, interrōgāvīt-
 ‘que, dicens : ‘Salvūs nĕ est sĕnex ille, quem vōs patrem
 ‘vobis esse mihi dixistis ? adhuc vīvit ?’ Qui respondĕ-
 ‘runt : ‘Sospĕs est servūs tuus pater noster ; adhuc vīvit.’
 ‘Et incurvātī ādōrāvĕrunt eum. Attollens autem Josĕ-
 ‘phus ōcūlōs, vīso Benjamīno fratĕ suo uterīno, dixit :
 ‘Iste est frater vester parvūlus, quem dōmi rĕmansīsse
 ‘apūd patrem dixerātis mihi ?’ Et rursus : ‘Deus,’ in-
 ‘quit, ‘mīsĕrĕātur tui, fili mi.’ Festīnāvītque abīre ĕ
 ‘conspĕctu fratrum, quīā commōtā fuĕrant viscĕra ĕjus erga
 ‘fratrem suum, et ĕrumpĕbant lacrymæ : et introīens cu-
 ‘bicūlum, flĕvit. Rursusque lōtā facie rĕgrĕssus, contī-
 ‘nūit se, ac dixit : ‘Pōnīte pānĕs.’ Quībus appōsītis sĕ-
 ‘dĕrunt fratres cōram Josĕpho sĕcundūm suam quisque
 ‘ĕtātĕm ; et cum singūli cībōrum appōsītōrum partem
 ‘accĕpīssent ā Josĕpho ; quintūplo major ĕrat eā pars
 ‘quæ vĕnit Benjamīno. Gen. XLIII.

Scyphus Josĕphi in sacco Benjamīni defrehendītur.

Præcĕpit deinde hæc Josĕphus dispensātōri dōmūs
 ‘suæ : ‘Implĕ saccos vīrōrum illorum frumento, quantum
 ‘possunt cāpĕre : et pōne pecuniam singūlorum in sum-
 ‘mo cujusque sacco. Scyphum autem meum argente-

‘um pōnē in ōre sacci juniōris, et tritīcī prētium quod dēdit.’ Factumque est itā; et orto solē dīmīssi sunt cum asīnis suīs. Jamque ex urbe exiērant, et prōcēssērunt paulūlum, cū Josēphus accērsīto dispensatōre dōmūs: ‘Surge,’ inquit, ‘et persēquere vīros; et cū assēcūtus fuēris eōs, dīcīto: Quare reddīdistis mālūm pro bōnō? scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bībīt dominus meus, et quo ūtī ad augurandum sōlet: pessīmam rem fēcistis.’ Fēcit ille ut jussērat Josēphus, et cū eos assecūtus esset, cunctā quæ mandāta ērānt, ex ordine lōcūtus est. Qui respondērunt: ‘Quare sic lōquītur dominus noster? absit hoc, ut servi tui tantum flagitium commīsērīnt. Pecuniam, quam invēnīmus in summo saccōrum, rēportāvīmus ad te e terrā Chanaan. Et quomōdo fiēri pōtēst, ut furatī sīmus e dōmō domini tui aurum vel argentum? apud quemcumque servōrum tuorum inventum fuērit id quod quæris, mōriātur, et nos ērīmus servi domini nostri.’ Qui dixit ēīs; ‘Fiat sīcut vosmetipsi censētis: apūd quem fuērit inventum, ipse sit servus meus, vos autem ērītis innoxii.’

Itāque festīnanter dēpōnēntes in terram saccos, āpēruērunt singūli. Quos ille scrutātus, incīpiens à maxīmo usque ad mīnīmum, invēnit scyphum in sacco Benjamīni. At illi, scissis vestibus, ōnērātisque rursus asīnis, rēvērsi sunt in oppīdum. *Gen. XLIII.*

Judas offert se in servitūtem pro Benjamīno.

Judas prīmus cum fratribus vēnit in conspectum Josēphi, omnesque coram eo pārīter in terram corruērunt. Quībus ille dixit: ‘Cur sic agere vōluistis? an ignōrātis quōd non sit sīmīlis mei in divinandi scientia?’ Cui Judas: ‘Quid respondebīmus, inquit, domino meo? vel quid lōquēmur, aut justē pōtērimus obtēndere? Deus invēnit unde punīret inīquītatem servōrum tuorum. En omnes servi sūmus domini mei, et nos, et apūd quem inventus est scyphus.’ Respondit Josēphus; ‘Absit a me ut sic āgām: qui furātus est scyphum, ipse sit servus meus; vos autem ābīte libēri ad patrem vestrum.’

Accēdens autem prōpīus Judas, confidēnter dixit: ‘Oro, dominē mi, servō tuō te allōquenti aurēs præbē, et

‘ nē irascāris fāmulo tuō. Interrogāsti prius servos tuos :
 ‘ Habētis pātrē, aut fratrem ? Et nos respondimus tibi
 ‘ domino meo : Est nōbis pāter sēnēx, et puer parvulus
 ‘ qui in senectūte illius nātus est, cujus uterīnus frater
 ‘ mortuus est : rēlictusque est ipse sōlus ex matre suā
 ‘ pāter verò tēnērē diligit eum. Dixistīque servis tuis :
 ‘ Addūcītē eum ad me, ut vīdēam eum. Responsum a
 ‘ nōbis est domino meo : Non pōtēst puer rēlīnquēre pa-
 ‘ trem suum : si enim hic filium dīmīsērit, mōriētur.
 ‘ Et dixit servis tuis : Nīsī vēnērit frater vester mīnīmus
 ‘ vobīscum, non vīdēbitis ampliūs faciēm meam. Cūm
 ‘ ergo rēdīssēmūs ad famulum tuum patrem nostrum,
 ‘ narravīmus ei omniā quæ locūtus ērāt dominus meus.
 ‘ Et dixit pater noster : Rēvērīmīnī et ēmite nobis pā-
 ‘ rum tritici Cui dixīmus : īre non possūmus : si fra-
 ‘ ter noster mīnīmus dēscēndērit nobiscum, prōficiścē-
 ‘ mur sīmul : aliōquin, illo absentē, vīdere non audēmus
 ‘ faciēm vīri. Atque ille respondit : vos scītis duos gē-
 ‘ nītos mihi ab uxōre meā Rachēle : a me in agros ēgrēs-
 ‘ sus est ūnūs et dixistis, Bestīa devōrāvit eum : et huc
 ‘ usque non compāret. Si tūlērītis et istum, et alīquid ei
 ‘ in viā contīgērit, dēducētis cānos meos cum mōrōre ad
 ‘ tūmulum. Igītur si vēnēro in conspectum servi tui
 ‘ patris nostri, et puer dēfuērit, vīdērītque eum non esse
 ‘ nobīscum, (cūm ānimā illius ex hujus animā pendēat)
 ‘ mōriētur, et dedūcent fāmuli tui canitiem ējus cum dō-
 ‘ lōre ad sepulchrūm. Ego propriē servus tuus sim,
 ‘ qui in meam hunc rēcēpi fīdem, et spōspōndī, dīcens :
 ‘ Nīsī rēdūxēro eum, peccāti reus ēro in patrem meam
 ‘ omni tempore. Rēmānēat itāque, quæso, servus tuus
 ‘ pro puēro, ut mīnīstrēt domino meo, et puer rēdēat cum
 ‘ fratribus suis. Non enim possum rēvērī ad patrem
 ‘ meum, absēnte puēro ; nē calamītātis, quæ opprēssūra
 ‘ est patrem meum, tēstīs assīstām.’ Gen. XLIV.

Josēphūs sē frātrībūs āgnōscēndūm præbet.

Non sē pōtērat ultrā cōhibēre Josēphūs, multis cōrām
 āstāntibus : undē præcēpit ut ēgrēdērēntur cuncti fōrās
 et nullūs intērēssēt aliēnūs agnītiōni mūtūæ. Elēvā-
 vītque vōcem cum fletu, et dixit fratribus suis : ‘ Ego

‘sum Josēphus: adhuc pāter meus vīvit?’ Non pōtērānt respondēre fratres nīmīō terrōre pērtērrīti. Quībus illē clēmēter: ‘Accēdīte,’ inquit, ‘ad me.’ Et cūm āccēssīssent prōpē; ‘Ego sum,’ ait, ‘Josēphus frater vester, quem vendīdistis in Ægyptum. Nōlītē pavēre, nēquē mœrōre conficiāminī, quōd me in has rēgīōnēs dēdūcēndum vendīdistis: pro salūte ēnīm vestrā mīsīt me Deus antē vōs in Ægyptum. Et quīdē jam biēnīum fāmēs est in terrā; et adhuc quinque anni restant, quībus nec arārī pōtērit nec mētī: prēmīsītque me Deus, ut salvi fiātis, et escas ad vīvendum hābēre possītis. Non vestro consiliō, sed Dei vōlūntāte huc missus sum, qui fēcīt me quāsī patrem Pharaōnis, et dominum unīversæ dōmūs ejus, ac princīpem in omnī terrā Ægypti. Festīnāte, ascendīte ad patrem meum, et dīcīte ei: Hęc mandāt filius tuus Josēphus: Deus fēcīt me dominum unīversæ terræ Ægypti, dēscēndē ad me, nē mōrēris, habitābis in terra Gessen: ēris juxtā me, tu, filii tui, filii filiorum tuorum, ōvēs tuæ, armenta, et unīversa quæ possīdēs: ibī te pascam, nē ēt tu pērēas, et dōmūs tuā, et omnia quæ pōssīdēs: adhuc ēnīm quinque anni rēsīdūī sunt fāmīs. En oculi vestri et oculi fratres mei Benjamīni vīdēt me ipsum vōs allōquēntem. Nunciāte patri meo unīversam gloriam meam, et cuncta quæ vīdīstis in Ægypto. Festīnāte et addūcīte eum ad me.’ Cumque amplexātus fratrem Benjamīnum rēcīdīssēt in collum ejus, flēvit; illō quōquē sīmīlīter flente sūpēr collum ejus. Osculātusque est Josēphus omnēs fratrēs suos, et plōrāvīt sūpēr sīngūlos: et pōstēā ausī sunt cum ēō collōquī. *Gen. XLV.*

Jūbet Pharaō addūci Jacōbum in Ægyptum eum unīversā dōmō.

Audītum est, et sermōnē vulgātūm in rēgīā dōmō: ‘Vēnērunt fratres Josēphi.’ Et gavīsūs est Pharaō, atque omnīs dōmūs ējus. Mandāvītque Rex Josēpho, ut hęc suō nōmīne fratribus impērāret: ‘Onērāntēs jumēnta, īte in terram Chanaan; ēdūcīte inde patrem vestrum, et cognatiōnem, et vēnīte ad me: et ego dābo vōbis omnia bonā Ægypti, ut cōmēdātis medullam terræ.

‘Accipite plaustrā e terrā Ægypti ad subvectiōnem par-
 ‘vūlorum vestrorum ac conjūgum. Addūcite patrem, et
 ‘prōpērāte quantocius venientes. Nec multum curētis
 ‘supellēctilem vestram : quā omnēs ōpēs Ægypti ves-
 ‘træ erūnt.’ Fēcēruntque filii Israël ut eīs mandātum
 fuerāt. Quibus dedit Josēphus plaustrā, utī jussērat Pha-
 rāo, et cibāria in itēr. Singūlis quōquē affēri jussit bī-
 nas stōlās. Benjamīno autem dedit trecēntos nummos
 argentēos cum quinque stōlīs optimīs. Tantūdem pē-
 cūniæ et vestīm mīsit patri suo : addidit et asīnos dē-
 cem, qui subvēhērēt ex omnibus dīvitiis Ægypti, et tō-
 tidem asīnos tritīcum et cibos portāntes. Dīmīsit deinde
 fratrēs suos, et prōficiscēntibus dixit : ‘Nē irascāminī in
 ‘viā.’

Hi ascendentes ex Ægypto vērūnt in terram Cha-
 naan ad patrem suum Jacōbum, dixeruntque : ‘Josēphus
 ‘filius tuus vīvit : et ipse dominātur in terrā Ægypti.’
 Quo audīto, Jacōbus quāsī è grāvī somno evīgīlavit, nē-
 quē tāmēn crēdebāt filiis tālia narrantibus. Illi contrā rē-
 fērēbant omnem ordinem rei. Cum autem vīdissēt plau-
 strā et unīversa quæ mīsērat Josēphus, rēvixit spīritus
 ejus et dixit : ‘Suffīcīt mihi, si adhuc filius meus Josē-
 ‘phus vīvit : vādā, et vīdēbo illum antēquam mōriar.’

Patri Ægyptum ingrēdiēnti occūrrit Josēphūs.

Prōfēctus Isrāēl cum omnibus quæ habēbat, vērūnt ad
 putēum jurāmenti, et mactātis ibī victīmīs Dēō patris
 sui Isaāci, audīvit eum per visiōnem noctis vōcāntem se,
 et dīcentem sībī, ‘Jacōbe, Jacōbe.’ Cui respōndīt; ‘Eccē
 ‘adsum :’ Tum illi dixit Deus : ‘Ego sum fortissīmus
 ‘Deus patris tui ; nōlī tīmēre, descende in Ægyptum,
 ‘quā faciā ut in gentem magnam ibī crescas. Ego de-
 ‘scendam tēcūm illuc, et ego indē addūcam te rēvertē-
 ‘tem. Josēphus quōquē pōnēt mānūs sūās sūper oculos
 ‘tūos.’ Surrexit Jacōbus à putēo juramenti ; tūlēruntque
 eum filii cum parvūlīs et uxōribus suis in plaustris, quæ
 mīsērat Pharāo ad portandū sēnēm, et omnia quæ
 possēderat, in terra Chanaan. Vērūnt ergo in Ægyptum
 ipse, filii ejus, nepōtēs, filiæ et cuncta sīmūl prōgēntēs.

Mīsit autem Jacōbus Judam ante sē ad Josēphum, ut
 nunciāret ei adventum suum, et ille occurreret sibi in

Gessen. Quò cùm pervēnisset Jacōbus, Josēphus junctis ad currum suum equis, ascendit obviam patri suo ad eundem locum; vidēnsque eum irrūit super collum ejus, et inter amplexus flēvit. Dixitque pater Josēpho filio suo; ‘Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, et sustitem te relinquo.’ At ille patri et fratribus dixit; ‘Adventum vestrum nunciabo Pharaoni; dicamque ei, Fratres mei, et domus patris mei, qui erant in terrā Chanaan, venerunt ad me; et sunt viri pastores ovium, curamque habent alendorum gregum; pecora sua et armenta, et omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum. Cumque vocaverit vos, et dixerit; Quod est opus vestrum? respondēbitis; Viri pastores sumus servi tui, ab infantia nostra usque in præsens, et nos, et patres nostri. Hæc autem dicētis, ut habitare possitis in terrā Gessen: quia detestantur Ægyptii omnes pastores ovium. Gen. XLVI.

Terrā Gessen concēditur habitandā Jacōbo, et filiis.

Accedens deinde Josēphus ad Pharaonem, dixit; ‘Pater meus et fratres, oves eorum et armenta, et cuncta quæ possident, venerunt e terra Chanaan; et ecce consistunt in terra Gessen.’ Deinde quinque e fratribus suis constituit coram rege; quos ille interrogavit; ‘Quid habētis operis?’ Respondērunt; ‘Pastores ovium sumus servi tui, et nos, et patres nostri. Ad hospitandum aliquamdiu in terra tuā venimus, quoniam non est herbā gregibus servorum tuorum, ingravescente fame in terrā Chanaan, petimusque ut esse nos jubeas servos tuos in terrā Gessen.’ Dixit itaque Rex Josēpho: ‘Pater tuus et fratres tui venerunt ad te. Terrā Ægypti in conspectu tuo est; curā ut in optimo loco habitent, et tradē eis terram Gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.’ Post hæc introduxit Josēphus patrem suum ad Regem, et statuit eum coram ipso. Jacōbus regem salutavit, eique faustā precatus est: atque interrogatus ab eo; ‘Quot sunt diēs annorum vitæ tuæ?’ Respondit: ‘Diēs peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, pauci et mali, et non pervenerunt usque ad diēs patrum meorum quibus peregrinati sunt.’ Et cùm re-

gem sālūtāssēt, ēgrēssus est fōrās. Josēphus vērò patri et fratribus suis dēdit possessiōnem in Ægypto; in optīmā terræ parte, ut præcēpērat Pharaο. Et alēbat eos, omnēmque dōmum patris sui, præbens cībāria singūlis. In tōto enim orbe pānis deērat, et opprēsserat fāmēs terram, maxīmē Ægypti et Chanaan.

Jacōbūs pōstulat ūt sepeliātur in sepulchrō patrum.

Vixit Jacōbūs in Ægypto dēcem et sēptem annis; et omnis vītā illius centum quadraginta septem annos complexa est. Cumque apprōpinquāre cernēret diem mortis suæ, vōcāvit filium suum Josēphum, dixitque ēi; ‘Si invēni grātiā in conspectu tuo, jūrā te certissimē id factūrum, ut non sēpeliās mē in Ægypto.’ sed dormiā ‘cum patribus meis, et aufēras me e terrā hāc, condasque in sēpūlchrō mājōrum meorum. Cui respondit Josēphus; ‘Ego faciam quod jussisti.’ Et ille: ‘Jūrā ergo,’ inquit mihi.’ Quo jūrāntē, Isrāēl adorāvit Deum.

*Mīnōrem filiōrum Josēphi mājōri præpōnit mōrīēns
Jacobus.*

His transactis, cūm nunciātum esset Josēpho agrōtāre patrem ipsius, perrexit ad eum, assūmptis sēcum duōbus filiīs Manasse et Ephrāimō. Quōs vidēns Jacōbus dixit, ‘Qui sunt isti?’ ōcūli enim illius calīgābant præ nimīā sēnēctūte, et clarē vidēre non pōtērat. Respondit Josēphus: ‘Filiī mēi sunt, quōs dōnāvit mihi Deus in hoc lōcō. Addūc, inquit, eos ad me, ut bēnēdicam illis.’ Applicītōsque ad se deoscūlātus et circumplexus eos, dixit filio; ‘Non sum fraudātus aspectu tuo; insūper ostendit mihi Deus sēmen tuum.’ Cumque tūlisset eos Josēphus e gremio patris, adorāvit prōnus in terram. Et pōsūit Ephrāimū ad sīnīstram Isrāēlis, Manassen vērò ad dextēram, applicūtque ambos ad eum. At Jacōbus commūtans mānūs, extensam dextēram pōsūit sūper cāpūt Ephrāimi mīnōris frātris, sīnīstram autem sūper cāpūt Manassæ, qui mājor natu erat. Tum bēnēdicens utrīque dixit; ‘Deus, in cujus conspectu ambulāvērunt patrēs mei Abrahāmus et

‘Isāācus, Deus qui pavit me āb adolescētiā meā usque
 ‘in præsēntem diē? Angēlus, qui ērūt mē dē cunctis
 ‘mālīs, bēnēdicat pūērīs istis, et crēscant in multītūdī-
 ‘nem sūpēr terrām.’

Vidēns autem Josēphus pōsītam fuisse a patre suo
 dextēram mānum sūpēr cāpūt Ephrāimi, grāviter id ac-
 cēpit; et apprehensam lēvāre cōnātus est, ac transferre
 sūpēr cāpūt Manāssæ, dixitque patri; ‘Non itā convē-
 ‘nīt, pātēr, quā hic est prīmogēnītus; pōnē dextēram
 ‘tuam sūpēr cāpūt ējus. Qui rēnūēns, respondit:
 ‘Scio, fili me, scio; et iste quīdem multīplicābitur: sed
 ‘frāter ejus mīnor mājor ērit illo; et sēmen illius cres-
 ‘cet in gentes.’ Constitūtque Jacōbus Ephrāimū an-
 te Manāsem. Et dixit Josēpho filio suo; ‘En ego
 ‘mōrīor; et ērit Deus vōbiscum, rēducētque vōs ad ter-
 ‘ram patrum vestrōrum. Gen. XLVII.

Vōcāvit deinde duodēcim filios suos, bēnēdicēnsque
 singūlis eōrum bēnēdictiōnibus prōpriis, prædixit inter
 cætērā nascītūrū aliquādo e Judā, ‘Messiam,’ his
 verbis: ‘Non aufērētur sceptrum e Judā, nec dux e
 ‘prōgēnīe ējus, dōnēc veniat qui mittendus est: et ipse
 ‘ērit expectātiō gentiū.’ Et obiit. Gen. XLIX.

Sēpeliūtur Jacōbus in terrā Chanaan.

Extinctum patrem cernens Josēphus, sūpēr faciē
 ejus ruit flens, et deoscūlans eum. Præcēpitque servīs
 suīs mēdicīs, ut arōmātibus condirent illum. Deinde, ex-
 plēto luctūs tempōre, omnēs filii Jacōbi, comītāntibus
 multis Ægyptiis, patrem deportārunt in terram Chanaan.
 Ibī celebrantes exēquias planctu magno atque vehemēti,
 sēpeliērunt eum in speluncā, quam ōlīm emērat Abrahā-
 mus ab Hephronē Hebræo. Rēvērūsque est Josēphus
 in Ægyptum cum fratribus suīs, et omni cōmītātū, sē-
 pūlto patre.

Frātres consōlātūr Josēphū, et mōrītur.

Mortuō Jacōbo timētēs sibi fratrēs Josēphi, mūtūo
 collōcūtī sunt: ‘Cāvēndum est nē forte Josēphus mē-
 ‘mōr sit injūriæ, quam passus est, et rēddat nobis omne

‘mālum quod fēcimus ēi.’ Mīsērunt itāque qui eorum nōmīne dīcēret; ‘Pater tuus prācēpit nōbis, antēquam mōrērētur, ut hęc tibi verbā illius dīcērēmus: Obsēcro ut obliviscāris scēlēris frātrum tuorum, et mālitīæ, quam exercūerunt in te. Nos quōquē orāmus ut servīs Dei patris tui dīmīttas inīquītatem hanc.’ Quibus audītis flēvit Josēphus. Vēnērūtque ad eum fratres ējūs, et prōni ādōrāntēs in terram dixerunt; ‘Servī tui sūmus.’ Quibus illē respōdit; ‘Nōlītē tīmēre; Num Dei possumus rēsistēre vōlūtātī? Vōs cōgītāstis advērsūm mē mālum; sed Deus vērtīt illūd in bōnum, ut exaltāret me sīcūt nunc cernītis, et salvos fācēret multos pōpūlos. Nōlītē tīmēre: ego pascam vos et parvūlos vestros.’ Consōlātusque est eos. Et blandē ac lēnīter est locūtus: et hābitāvit in Ægypto cum omni dōmō patris sūi.

Mortī proxīmus, convōcātis fratribus, dixit: ‘Pōst mortem meam Deus vīsītābit vos, et e terrā hāc dēdūcet vos in illam terram quam jūrando prōmīsīt Abrahāmo, Isaāco, et Jacōbo. Asportātē ossā meā vōbīscum ex hoc locō.’ Mōrtūus deīnde est, explētīs centum et dēcem annīs. Et condītus arōmātībūs rēpōsītus est in locūlō in Ægyptō. *An. M. 2369.*

Opprīmūntūr Isrāēlītæ āb Ægyptiīs. Nascītūr Mōsēs.

Mōrtūō Josēpho ēt unīversis fratribus ējus, omnīque cognātīōne illā, Isrāēlītæ mīrum in mōdum multiplicāti sunt, et terram Ægypti implēvērunt. Exortus est intērēā rex nōvus in Ægypto, qui immēmōr bēnēficiōrum Josēphi, dixīt Ægyptiīs: ‘Eccē pōpūlus filiorum Isrāēlis multus et fortīor nobis est. Vēnītē, sāpiēnter opprīmāmus eum, nē forte nīmīs multiplicētur, et si ingrūerit contrā nōs bellum, addātur inīmīcis nostris, expugnātisque nobis, ēgrēdiātur ex hāc terrā. Prapōsūt itāque eīs magīstros labōrum, qui mālē habēbant ēōs, et amāram illīs ac grāvem efficiēbant vītam, ōpērībūs dūris lūti et latēris, ōnērībūs grāvīssīmīs, et omnis gēnērīs fāmūlātū. Et coacti sunt ādificāre aliquās urbes Pharaōni. Sed quanto māgis opprīmēbant ēōs Ægyptiī, tanto māgis multiplicābāntūr ēt crescēbant.

Præcepit ergo Pharao obstetricibus Hebræis, ut, quando mulieribus Hebræis parientibus adessent, matrem quemlibet nascentem interficerent, feminam vero servarent. At illæ timentes Deum, non fecerunt sicuti præceptum fuerat a rege; et ideo benefecit illis Deus. Crevitque populus Israëlitis, et roboratus est vehementer. Denique omni populo suo imperavit Pharao, ut quidquid masculini sexus nasceretur apud filios Israëlitas, in Nilum flumen projiceretur statim; quidquid feminini, reservaretur. Tunc mulier, nomine Jochabed, uxor viri e Tribu Levi, cui nomen erat Amramus, peperit filium; et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Cumque jam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpæam, et linivit eam bitumine, ac pice. Deinde posuit intus infantulum, et exposuit eum inter arundines ripæ fluminis, stantē procul sorore ejus, et expectante eventum rei.

Eccē autem descendit filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine, et puellæ ejus gradiēbantur per crepidinem alveī. Quæ cum vidisset fiscellam in arundinibus hærentem, misit unum e famulabus suis; et illatam aperiens, cernensque in eā parvulum vagientem, misertā illius est, dixitque; ‘Unus ex infantibus Hebræorum est hic.’ Cui soror pueri; ‘Vis,’ inquit, ‘ut vadam, et vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum?’ Respondit, ‘Vadē.’ Perrexit puella et vocavit matrem suam. Cui filia Pharaonis; ‘Accipe, ait,’ ‘puerum istum, et nutri mihi. Ego dabo tibi mercedem tuam.’ Suscepit mulier et nutrit puerum; adultumque tradidit filiæ Pharaonis. Quem illā adoptavit pro filio, et voluit ut vocaretur ‘Moses,’ id est, ‘Servatus ab aquis. *Exod. I. II.*

Agni Paschalis immolandi ritus.

Profugus ex Ægypto Mōsēs pascēbat oves Jetrōnis soceri sui in deserto Madian propē montem Horēbum. Apparuit ei Dominus e medio rubi qui ardebat, nec tamen comburebatur: deditque illi mandata ad Pharaonem Ægyptiorum regem perferenda. Quibus cum non paruisset rex impius et ita induratum esset cor ejus, ut, post gravissimas novem plagas quibus ejus regnum jam

percussum fuerat nondum tamen voluerit Israelitas dimittere : dixit igitur Dominus Moysi : ‘ Adhuc unam plagam tangam Pharaonem et Aegyptum, et post haec dimittet vos, et exire compellet. Edices ergo omni plebi ut postulet vir ab amico suo, et mulier a vicina sua vasa argentea et aurea : daboque gratiam populo huic coram Aegyptiis : et cum egradiemini, non exhibitis vacui. Decima die huius mensis, qui deinceps primus erit in mensibus anni, tollat unusquisque agnum per familias et domus suas. Si autem minor est numerus quam sufficere possit ad comedendum agnum totum, assumet e vicinis suis, quot sufficiunt edendo agno. Erunt autem agnus sine macula, masculus, annulus. Et servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis huius : immolabitque eum universa multitudo filiorum Israelis ad vesperam. Et sument e sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, et insuper liminaribus domorum in quibus comedent illum. Et edent nocte illa carnes ejus assas igni, et azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni. Caput cum pedibus ejus et intestinis vorabitis. Nec remanebit quidquam ex eo usque ad ortum solis. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum, renes vestros accingetis, et calceamentum habebitis in pedibus, tenentes baculos manibus, et comedetis festinanter ; est enim Pascha (id est transitus) Domini. Et transibo per terram Aegypti nocte illa, percussamque omne primogenitum ab homine usque ad pecus : et adversus cunctos Deos Aegyptiorum exercebo iudicia : ego Dominus. Erunt autem vobis sanguis in signum in aedibus in quibus eritis : et videbo sanguinem, et praeteribo vos : nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussam terram Aegypti. Habebitis autem hunc diem in monumentum, et celebrabitis eum solennem Domino cultu sempiterno. Septem diebus fermentum non inveniatur in domibus vestris, et quicumque a primo die usque ad diem septimum comederit fermentatum, peribit anima ejus cœtu Israelis. Dies prima erit sancta atque solennis ; et dies septima pariter : nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ

‘ad vescendum pertinent. Prīmo mensē, quartādēcimā diē mēnsis ad vespēram comēdētis azymā usque ad diē vigēsimum prīmum ējūsdem mensis ad vespēram.’

Vocāvit autem Mōsēs omnēs seniōres filiōrum Isrāēlis, et dixit eis: ‘Ite, tollite agnum per vestras quisque fāmiliās, et immōlate. Fascicūlum hyssōpi tingite in ejus sanguīne, et aspergite ex eo superlīmīnāre, et utrumque pōstem: nullūs vestrum ēgrēdiātur ostium dōmūs suæ ante finem noctis. Transibit enim Dominus, percūtīens Ægyptiōs: cumque vīderit sanguīnem in sūperlīmīnāri, et in utrōque pōstē, transcendēt ostium dōmūs, et non sinēt percussōrem ingrēdī dōmōs vestras et lædere. Cum introiērītis tērrām, quam Dominus dāturus est vōbis, ut pollicītus est, observābitis ceterōnīas istas. Et cum dixerīnt vōbīs filii vestri: Quæ est istā rēligiō? dīcētis eis: Victīmā transitūs Domini est, quando transīvit sūper dōmōs filiōrum Isrāēlis in Ægypto, percūtīens Ægyptiōs, et dōmōs nōstras libērāns.’ Incurvātūsque pōpūlus ādōrāvit Dominum. Et ēgrēssi filii Isrāēlis fēcērunt sicut prācēpērat Dominus. *Exod. III. XI. XII.*

Egrēssūs Isrāēlitārum ex Ægypto.

In noctis mēdio percūssit Dominus omne prīmogēnitum in terrā Ægypti, a prīmogēnito Pharaōnīs, qui in sōlio ejus sedēbat, usque ad prīmogēnitum captivæ, quæ erāt in carcēre: et omne prīmogēnitum jumentōrum. Surrexītque Pharaō nocte, et omnes servi ejus, cunctaque Ægyptūs: et ortus est clāmor magnūs in Ægypto: neque enim erāt dōmus, in quā non jaceret mortuus. Vocātisque Pharaō Mōse et Aaronē nocte, dixit: ‘Surgite, et ēgrēdīmīnī e pōpūlo mēo, vos et filii Isrāēlis. Itē, immōlatē Domino, sicut dīcītis. Ovēs vestrās et armentā assūmite, ut pētīerātis: et abeuntēs bēnēdicite mihi.’ Urgēbantque Ægyptiī pōpūlum e terrā exīre velōciter, dīcētēs: ‘Omnēs mōriēmur.’ *Exod. XII.*

Fēcērunt Isrāēlitæ, sicut prācēpērānt Deus et Mōsēs: et pētīerunt ab Ægyptiīs vāsā argentēā et aurēā, vestemque plūrimām. Dominus autem dedit grātiām pōpūlo cōrām Ægyptiīs, ut commōdārent eis: et spōliāvērunt

Ægyptios. Pröfëcti autem sunt Israëlitæ, sexcëntā ferē milliā pëditum vīrōrum, præter parvūlos. Sëd ët vulgū promiscūum innūmërabilē abiit cum eis, övës, et armëntā, et änīmāntia diversi gënëris plūrīmā. Coxēruntque farīnam quam āquā tantūm conspersam ex Ægypto tūlërant: et fëcërunt pānës azymōs. Neque ënim fermentāri pānes pötüerant, cōgëntibus exīre Ægyptiis, et nullam fācëre sinëntibus mōram: nec pulmenti quīdquam in viaticum præpārāre per tempūs licüerat. *A. M.* 2513.

Cölumnā ignis, et nūbīs dux itinëris Israëli.

Cūm ëmīssit Pharao Israëlitas, non eos duxit Deus per vīam terræ Philistæorum, quæ vicīnā ërat, nē fortë pænītëret eos, si vīdissent adversūm sē bellā consurgëre, et rëvërtërëntur in Ægyptum: sëd cīrcūmdūxit për vīam dësërti juxtā Mārë Rūbrum. Dominus autem præcëdëbat eōs ad ostendendam vīam, per diem in cölumnā nubīs, et per noctem in columnā ignis: ut dux esset itinëris utrōque tempöre. Nec unquam per quadraginta annos dëfuit columnā nubīs aut ignis cōrām pöpülō. *Exod.* XIII.

Ægyptii Israëlitas per mēdium märe persëcūti fluctibus obrūuntur.

Ut nunciātum est Pharaōni fūgisse Israëlem, immūtātum est cōr ejus atque Ægyptiōrum erga illum, et dixerunt: ‘Quid hoc fëcimus, ut dimittërëmus Israëlem, nē servīret nōbis?’ Ascendit ergo currum rex, et omnem pöpulum suum assumpsit sēcūm: tollitque sexcentos currus ëlëctōs, et quidquid in Ægypto currūm fuit et ducēs tōtius exercitūs. Indūrāvītque Dominus cor Pharaōnis, et persëcūtus est Israëlitas. At illi ëgrëssi ërānt ‘për excëlsām Dei mänüm.’

Sequentes Ægyptii vestīgīa præcëdentium Israëlitārum, rëpërërunt eos in castris propë littus mārīs. Hī, ut vīdërunt omnem ëquitātum et currus et exercitum unīversum Ægyptiōrum pōst sē, tīmüerunt valde, clāmāvëruntque ad Dominum, et dixerunt Mōsi; ‘Forsitan non ërānt sepülchrā in Ægypto, idëo ëduxisti nos ut mōrë-

‘rēmur in solitūdine: quid hoc facere vōlūisti, ut ēdū-
 ‘cērēs nōs ex Ægypto? Nonnē mēritō tibi dīcēbāmus,
 ‘cūm intēr Ægyptiōs versārēmur, Rēcēde a nobis, ut ser-
 ‘viāmus Ægyptiis? multo ēnim mēlius ērāt servīre eīs
 ‘quām mōrī in solitūdine.’ His pōpūli quērēlis respōndit
 Mōses: ‘Nōlīte tīmērē: stāte et vidētē mīrābilia quæ
 ‘factūrus est hōdie Dominus: Ægyptiōs ēnim, quos
 ‘nunc vidētis, nēquāquam ultrā vidēbitis in sempīter-
 ‘num. Dominus pugnābit pro vōbis, et vos cessābitis.’
 Tum dixit Dominus Mōsi: ‘Dic Israēlītis ut viā pēr-
 ‘gant. Tu autem ēlēvā virgam tūam, et extendē mānum
 ‘tūam sūper mārē, et dīvide illūd; ut grādīantur Israēl-
 ‘ītæ in mēdio mārī per siccum. Ego vērō indūrabo cor
 ‘Ægyptiōrum, ut persēquāntur vōs: et glōriam collīgam
 ‘ex Pharaōne, et omni exercītu ejus, et currībus et equi-
 ‘tibus illius. Et sciēt Ægyptiī mē esse Dominum.’

Tum Angēlus Dei, qui prācēdēbat castrā Israēlītā-
 rum, tollens sē ābiit pōst eōs. Cum eo parīter cōlumnā
 nūbīs antēriōra dimīt:tens, ā tergo illorum stētīt. Hęc
 illūmīnans eorum castrā per noctem, Ægyptiis obscura
 ērāt et tēnēbrōsa, itā ut hi ād illos tōtō noctīs tempōre
 accēdere non vālērēt.

Cūm extendīset Mōsēs mānum sūper mārē, sicūt
 prācēptum ei fūerat; abstūlit illūd Dominus flantē ven-
 to vehemēti et ūrente tōtā nocte, et vertit in siccum:
 dīvisāque est āquā. Et ingrēssi sunt Israēlītæ per mē-
 dīum sicci mārīs: ērāt ēnim āquā quāsī mūrus ā dextrā
 eōrum et lāvā. Insēcūtī Israēlītās Ægyptiī, ingrēssi
 sunt pōst eōs, et omnes equitātūs Pharaōnis, currūs ejus
 et equitēs ejus, pēr mēdīum sicci mārīs.

Jamque advēnērat vīgīliā matutīna, et ēccē respīciens
 Dominus castrā Ægyptiorum, interfēcīt exercītum eō-
 rum et subvērīt rōtās currūum, fērēbāntūrque in prō-
 fūdum. Dixērunt ergo Ægyptiī: ‘Fūgiāmus Israēl-
 ‘em: Dominus ēnim pugnāt pro eīs contrā nōs.’ Et
 dixit Dominus Mōsi: ‘Extendē mānum tūam sūper
 ‘mārē, ut rēvērāntur āquæ sūper Ægyptiōs, et currus,
 ‘et equitēs eorum.’ Cūmque extendīset Mōses mānum
 supra mārē, rēversum est prīmo dilucūlo ad priōrem lō-
 cum: fūgiēntibusque Ægyptiis occurrērunt āquæ, et in-
 vōlvīt eos Dominus in mēdiis fluctibus: nec ūnūs quī:

dem sup̄erfuit ex illis. Israēlītæ autem perrexerunt per mēdium sicci m̄aris, et aquæ eis erant quāsi pro mūro à dextris et à sinīstris. Lībērāvitque Dominus diē illā Israēlem è m̄anibus Ægyptiōrum. Et vīdērunt Ægyptios mortūos sup̄er littus m̄aris, et potēntiam ac vīrtūtem illam magnam quā usus erāt Dominus in eos: tīmūitque p̄pūlus Dominum, et crēdīdērunt Domino et Mosi servo ejūs. *Exod. XIV.*

Tunc cēcīnit Moses et Israēlītæ carmen Domino. Et sumpsit Mariā Prophētīssa, sōrōr Aarōnis et Mosis, tympanum in m̄anūs: ēgrēssæque sunt omnes mūlīērēs pōst eam cum tympanis et chōris, quibus præcīnēbat, dīcens; ‘Cantēmus Domino; glōriōse enim magnificātus est: ēquum et sessōrem ejūs dējēcit in m̄arē. *Exod. XV.*

Lex data in monte Sinā.

Cūm diē tertio mēnsīs tertii post ēgrēssum ex Ægypto, pervenissent filii Israēlis in desertum Sinæ, castrā mētātī sunt in eōdem lōcō; ībīque fixērunt tentōriā è regiōne montis. Vōcāvit autem Dominus Mosem è monte, et ūbi ascendit, dixit ei: ‘Hæc dōmūi Jacobi dīcēs, et ‘Israēli annunciābis: Vos ipsi vīdistis quod Ægyptiis ‘fēcērim, et quōmōdo portāverim vōs, sīcūt aquīla pōrtat pullos suos sup̄er alas, et assumpsērim mihi. Si ‘ergo audiērītis vōcem meam, et custōdierītis pactum ‘meum, erītis mihi in pecūlium præ cunctis p̄pūlis: ‘mēa est enim omnis terrā. Et vos erītis mihi rēgēs et ‘sacerdōtes, et gens sancta. Hæc dīcēs Israēlītis.’

Vēnit Moses, et convōcātis mājōrībūs natu expōsūt omniā quæ mandāverat Dominus. Responditque omnis p̄pūlus sīmūl: ‘Cunctā quæ lōcūtus est Dominus, ‘fācīemus.’ Cumque rētūlisset Mōses verbā p̄pūli ad Dominum, dixit eī Dominus: ‘Jam nunc vēniam ad te ‘in calīgīne nūbīs, ut audiat me p̄pūlus te allōquēntem, ‘et crēdāt tibi in perpētuum. Vādē ad p̄pūlum:’ *sanctificā* illos hōdiē et cras; lāvēt vestīmētā suā, et ‘sint pārātī in diē tertium, quo dēscēndet Dominus ‘cōram omni plēbē sup̄er montem Sinæ. Constitūēs ‘termīnōs p̄pūlo per circūitum, et dīcēs ei: Cāvēte nē

‘ascendātis in montem, nec tangātis finēs illius: omnis,
 ‘qui tetigerit montem, lapidibus opprimetur, aut confō-
 ‘dietur, jaculis: sive iumentum fuerit, sive hōmō, non
 ‘vivēt. Cum cœperit clangere buccīna, tunc accedant
 ‘ad montem.’ Descendit Mōses ē montē, et fēcit quæ
 jussērat Deus.

Jamque advēnērāt dñs tertius, cum cœperunt audire
 tonitrūa, ac micāre fulgūra, et nūbēs densissīma ōpērīre
 montem; clangōrque buccīnæ vehemētius perstrēpēbat.
 Et timuit pōpulus qui ērat in castris. (Et ipse Moses dix-
 it; ‘Exterritus sum et tremēbundus.’ Ita terrībile ērat
 quod vidēbātur.) Cum ēduxisset Israhēlitas Mōses e cas-
 tris in occursum Dei, steterunt ad radicēs montis, qui
 tōtus fumābat, itā ut ascendēret fumus ex eo quāsi e for-
 nāce, eo quod descendisset Dominus sup̄ eum igne.
 Eratque omnis mons terrībilis. Et sōnitūs buccīnæ pau-
 lātīm crescēbat in mājus, ēt prolīxiūs tēnēbātur. Moses
 loquēbatur, et Deus respondēbat ei. Hæc autem locūtus
 est Dominus:

1. ‘Ego sūm Dominus Deus tuūs, qui ēdūxi tē è ter-
 ‘ra Ægypti, è dōmō servitūtis. Non habēbis Deos aliē-
 ‘nos cōram me. Non faciēs tibi sculptīle, nēque ullam
 ‘sīmilitūdīnem eōrum quæ sunt in cœlo desūper, in ter-
 ‘rā deōrsūm, et in āquīs. Non adorābis ēa, nēque colēs:
 ‘ego sūm Dominus Deus tuūs fōrtīs Zelōtēs.

2. ‘Non āssūmes nōmēn Domini Dei tui in vānum.
 ‘Nec enim habēbit insontem Dominus eum, qui assump-
 ‘serit nōmen Domini Dei sui frustra.

3. ‘Mēmēnto ūt diem Sabbāti sanctificēs. Sex diebūs
 ‘ōpērāberis, et faciēs omnia ōpērā tuā. Septīmo autem
 ‘diē Sabbatum Domini Dei tui est: non faciēs ullum
 ‘ōpūs in eō, tu, et filiūs tuūs, et filiā tuā, et servūs tuūs,
 ‘et ancillā tuā, et jūmētum tuum, et advēnā qui est in-
 ‘trā portās tuas. Sex enim diebus fēcit Dominus cælūm,
 ‘et terrām, ēt mārē, et omnia quæ in eis sunt, et requi-
 ‘ēvit diē septīmo. Idcirco bēnēdixit Dominus diēi Sab-
 ‘bāti, et sanctificāvit ēum.

4. ‘Hōnōrā patrē tuum, et matrē tuam, ut sis lon-
 ‘gāvūs sup̄ terrām quām Dominus Deus tuūs dābit
 ‘tibi.

5. 'Nōn occīdēs.

6. 'Nōn mæchābērīs.

7. 'Nōn furtūm faciēs.

8. 'Nōn dīcēs contrā proximū tuū falsūm tēsti-
'mōnīum.

9. 'Nōn concūpiscēs uxōrem proximī tuī.

10. 'Nēc dēsīdērābis ējus dōmūm, non agrum, non
'sērvūm, non āncillām, non bōvēm, non asīnum, et ūnī-
'vērśā quæ illius sunt.' *Exod. XX.*

Hæc verbā prōtūlit Dominus ad omnem multitudīnem
in monte è mediō ignis, et nūbis, et calīgīnis, vōcē mag-
nā, nīhil addens ampliūs. Cunctus autem pōpūlus audiē-
bat tonītrūā et sōnītum tubæ, vīdēbātque lampādes et
montem fumantem. Itāque perterrīti et pavōre concussi
stētērunt prōcūl, dīcentes Mosi: 'Lōquere tu, et audiē-
'mus: non lōquātur Dominus, nē fortē mōrīāmur.' Et
ait Mōses: Nōlīte tīmēre: vēnit enim Deus ut prōbāret
'vos, et ut terror illius esset in vōbis, et non pēccārētis.'
Stētītque pōpūlus longē. Moses autem accessit ad calī-
gīnem in qua erat Deus, permansitque in monte quadra-
ginta diēbus, et quadragintā noctibus, pānem non comē-
dēns, et āquam non bībēns. Et dedit illi Deus vāriā præ-
ceptā ad pōpūlum defērendā; quōrum paucā hic jūvā-
bit exscrībēre. *Deut. V. 21.*

Dīligēs Dominum Deum tuum ex totō cordē tuō, et
ex tōtā animā tuā, et ex totā fortitūdīne tuā. *Deut. VI. 5.*

Qui 'blasphēmāverit' nōmen Domini, 'mortē mōrīā-
'tūr.' *Lev. XXIV. 16.*

Qui percussērit pātrē suam aut mātrem, mortē mō-
rīātūr. *Exod. XXI. 15.*

Qui mālēdīxērit pātri suō vel mātri, mortē mōrīātūr.

Si gēnūerit hōmo filium contumācem et prōtērvum,
qui non audiet pātris aut mātris impērīum: et jussus
obēdire contempserit, apprehendent eum, et dūcent ad
sēnīōrēs cīvitātis illius, et ad portam jūdīcii dīcentque ad
eos: Filiūs noster hic prōtērvus et contumax est, mōnī-
tā nostrā audīre contēmnīt, comēssatiōnībūs vācat, et
luxūriæ atque convivīis. Lapīdibus eum obrūēt pōpūlus
cīvitātis; et mōrīētur, ut aufērātis mālum e mediō ves-
tri, et unīversus Israhēl audiēns pertīmēscat. *Deut. XXI.*

Cōram cāno capite consurgē, et hōnōrā persōnām sēnis. *Lev. XIX. 32.*

Non nēgābis mercēdem indīgētis; sēd eōdem diē reddēs ei prētium labōris sui ante sōlis occāsū, quā pauper est, et ex eō sustētat ānimam suam: nē clāmet contrā te ad Dominum, et vertātur tibi in peccātum. *Deut. XXIV. 14.*

Non mālēdīces surdo, nec cōram cæco pōnēs offendīcūlum; sed tīmēbis Dominum Deum tuum. *Lev. XIX. 14.*

Si bōvem frātris tui aut ōvem errantem vīdēris, non prætērībis; sēd rēducēs fratri tuo. Si autem non est prōpīnquus frater tuus, nec nosti eum; dūcēs dōmum suam, et erunt apūd tē quāmdīū quærat eā frater tuus, et rēcīpiat. *Deut. XXII. 1.*

Si occurrēris bōvi inīmīci tuī, aut asīno errānti rēduc ad eum. Si vīdēris asīnum ōdientis te jācēre sūb ōnēre, non pertransībīs, sed sublevabis cum eo. *Exod. XXIII. 4.*

Nōn ōdēris fratrem tuum in corde tuō.

Non quæras ultīōnem, nec mēmōr ēris injūrīæ cīvīum tuōrum. *Lev. XIX. 17.*

Non fœnērābēris fratri tuo ad ūsūram pēcūnīam, nec frūgēs, nec quamlībet aliām rem, sēd absque usūrā, id quod indīget, commōdābis. *Deut. XXIII. 19.*

Si pecūniam mūtūam dēdēris pōpūlo meo paupēri qui habitāt tēcum, non urgēbis eum quāsī exactor, nec ūsūris opprīmēs. *Exod. XXII. 25.*

Mendācium fūgiēs. *Exod. XXIII. 7.*

Non suscipiēs vōcem mendācii: nec jungēs mānum tuām ut prō impīō dīcās falsum testimōnīum.

Non ēris calumniātor nec susurro in pōpūlo. *Lev. XIX. 16.*

Non mentiēmīni, nec dēcipiet ūnūsqūque proxīmū suum. *ver. 11.*

Non habēbis dīvērsā pondērā, mājūs et mīnūs: nec erit in dōmō tuā mōdius mājor et mīnor. Pondūs habēbis jūstūm et vērum, et mōdius æquālis et vērus erit tibi. *Deut. XXV. 13.*

Non accipiēs mūnēra, quæ etiam excæcant prūdētēs, et subvertunt verbā justōrum. *Exod. XXIII. 8.*

Non induētur mūlier vestē vīrīli, nec vir utētur vestē

femineā : abōminandūs est enim apud Deum qui facit hæc. XXII. 21.

Cum vōtum vōveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere : quia requirit illud Dominus Deus tuus : et si moratus fueris, vertetur tibi in Peccatum. *Deut.* XXXIII. 21.

Non facies quod iniquum est, nec injuste iudicabis. *Lev.* XIX. 15.

Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Justus Judex esto proximo tuo.

Non stabit testis unus contra aliquem, quidquid illud peccati et facinoris fuerit : sed in ore duorum aut trium testium stabit omnne verbum. *Deut.* XIX. 15.

Non sequeris turbam ad faciendum malum : nec in iudicio consenties plurimorum sententiae, ut a vero declines. XXII. 2.

Si quis de industria occiderit proximum suum, et per insidias ; ab altari meo evellens eum, ut moriatur. *Exod.* XXI. 14.

Non accipietis pretium ab eo, qui reus est sanguinis statim : et ipse morietur. *Num.* XXXV. 31.

Transitus Jordānis, arcā præeunte.

Josua et filii Israël moventes castrā e Setim venerunt ad Jordānem amnem, et non longē ab ejus ripā morati sunt tres dies. Quibus exactis, transierunt præcones per mediā castrā, et clamare cœperunt : ‘ Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, et sacerdotes stirpis Leviticæ portantes eam, vos quoque consurgite et sequimini. Cavete tamen ne propius accedatis ad arcam : sed sit inter vos et eam spatium cubitorum duorum millium, ut videre eam procul possitis, et nosse quam viam vos ingredi oporteat, quia prius illā non incensistis.’ Dixitque Josua populo : ‘ Sanctificamini ; cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia, et hac ratione sciētis Dominum Deum viventem in mediō vestri esse, et disperditurum in conspectū vestro Chananeos aliōsque hujus regiōnis populos. Ecce arcā fœderis Domini omnis terræ antecedit vos per Jordānem. Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes,

‘ qui portant arcam, in aquis Jordānis, aquæ, quæ infēri-
 ‘ ōres sunt, decurrent atque deficient : quæ autem desū-
 ‘ per veniunt, in unā mōlē consistent.’

Igitur egressus est pōpulus e tabernaculis suis, ut
 transiret Jordānem : et Sacerdōtes, qui portabant arcam
 fœderis, pergēbant antē eū. Ingressisque eis Jordā-
 nem, et pedibus eorum aquā tinctis ; aquæ, quæ supē-
 nē defluēbant, steterunt in locō unō, et instar montis in-
 tumēscētes appārebant procūl ; quæ autem infrā erānt
 in mārē mortuum descendērunt, dōnec omnino deficē-
 rent. Pōpulus autem incēdebat contrā Jerichūntē :
 et saccerdōtes qui portabant arcam fœderis Domini stā-
 bant super siccam hūmum in mediō Jordānē, omnisque
 pōpulus per arentem alvēm transibat. Intērēa duōdē-
 cim viri, quos, Domino itā præcipiente, elēgerat Josua
 ex Israëlītis, singulos e singulis. Tribūbus, duōdēcim
 lapidēs dūrissimos e mediō Jordānis alvō, ubi stābant
 pedēs Saccerdōtum, sublātos humerīs asportarunt. De-
 inde in eorum locum alios totidem rēposuerunt : ut hoc
 esset posteris exsiccāti quondam flūminis mōnimentum.

Cum omnis pōpulus transisset, et Saccerdōtēs, qui por-
 tabant arcam, e flūminē ascendissent, vicinōsque campōs
 calcāre cœpissent ; rēversæ sunt aquæ in alvēm sūm,
 et fluxerunt sicut antē consuēverānt. Josua vērō duō-
 dēcim lapidēs, quōs, e Jordānis alvō tollendos curāver-
 rat, posuit eō in locō ubi primū castrā mētātus est, fix-
 itque tentoriā, sicuti impēraverat Deus. Tum dixit Is-
 raelītis : ‘ Quādo interrogāverint vōs posthāc filii ves-
 ‘ tri, et dixerint : Quid sibi vōlunt lapidēs isti ? dōcēbitis
 ‘ eōs atque dicētis : Pēr arentem alvēm transivit Israël
 ‘ Jordānē istum, siccantē Domino Dēō nostrō aquās
 ‘ ejus in conspectū nostro, dōnec transirēmus ; sicut
 ‘ fecerat prius Mārī Rūbrō, quōd siccavit dōnec transi-
 ‘ rēmus : ut discant omnēs terrārum pōpuli, quantā sit
 ‘ Domini patiētia, et vōs timēātis Dominum Deum ves-
 ‘ trū omni tempore.’ *Josue III. 4.*

Mūrī Jerichūntis cōrrūunt.

Transgressi Jordānē Israelitæ vērunt in vicinā ur-
 bis Jerichūntis ; quæ timōrē eorum clausā erat et mūni-

ta, itā ut nullus ex eā ēgrēdi auderet, aut in eam ingrēdī. Dixitque Dominus Josuæ: ‘Eccē dēdi in mānūs tūās urbem Jērīchūntem, et rēgem ējus, omnēsque fōrtēs vīrōs. Circumēant eam sex diēbus sēmel per diem cunctī filii Israēlis sīlētēs, dum septem Sacērdōtes arcam fœdēris præcēdēntes, buccīnīs, quārum ūsus est in *Jubileo*, clangent. Diē vērō septīmo urbs septiēs circumēatur, et septīmo circūitu conclāmēt omnīs pōpulus vōciferātiōne maximā, fūtūrū autem est, ut mūrī cīvītātis funditus corruānt. Et tunc ingrēdiētur singūli Israēlītæ per lōcum contrā quem stētērīnt.’

Vōcāvit ergo Josua Sacērdōtēs, et dixit eis: ‘Tollite arcam fœdēris; et septem aliī Sacerdōtes tollant Jubilæi buccīnas, et incēdant ante arcam Domini.’ Pōpulo vērō dixit: ‘Itē et circūite cīvītatem armāti præcēdentes arcam Domini. Non clāmābītis, nec audiētur vox vestrā, neque ullūs sermo ex ore vestro ēgrēdiētur, dōnēc veniat diēs in quo dīcam vōbis: Clāmātē, et et vōciferāmini.’ Cū Josua lōquī dēsīssset, septem Sacērdōtēs cœpērunt buccīnīs clangere ante arcām fœdēris Domini, omnīsque præcēdēbat armātus exercītūs; rēliquum autem vulgūs arcam seqūebātur. Sicque per sex diēs circūierunt cīvītatem, sēmel singūlis diēbus, et quotīdie rēvērsi sunt in cāstrā.

Die autem septīmo, dilūcūlo consurgentes, circūierunt cīvītatem, quemādmōdum impērātum erat, septiēs. Cūque septīmo circūitu omnia persōnarent clangōre buccīnārum Sacērdōtum, dixit Josua Israēlītis: ‘Vōciferāmini: trādīdit enim vōbis Dominus cīvītātē. Cīvītās hæc tōtā cum suis habitātōribus delēatur. Sōlā Rahab vīvat, quæ missos a nōbis explorātōrēs hospītio excēpit, et abscondit. Quīquid autem auri, et argenti, et vasōrum ænēōrum, ac ferri repertum fuērit, id consēcrētur Domino, et in thesaurīs ējus rēpōnēndum servētur.’

Ignitū omni pōpulo vōciferānte et clangentibus tubis, postquam in aures multītūdīnis vox sōnītusque incrēpuit, mūrī illīco corruērunt. Ascendit ūnūsqūisqūe pēr lōcum qui contra se erat: cepēruntque cīvītātē, et interfēcērunt omnia quæ erānt in eā, à vīrō usque ad muliērem, ab infante usque ad sēnē. Bōvēs quoque et ovēs et asi-

nos gladio percussērunt. Duōbus autem vīris, qui explorātōres missi fuērānt dixit Josua : ‘ Ingrēdīmīni dōmum ‘ Rahabis mūliēris, et edūcīte eam, et pārētēs ejus, fratres quōquē, et cognātiōnem illius, et cunctam supēl- ‘ lectīlem, et omnia quæ illius sunt, sīcūti ei jurāmento ‘ firmāstis.’ Quōd ūbi factum est, urbem et omnia quæ ērānt in eā, succendērunt : sepōsito auro, et argento, et vāsīs ænēis ac ferro, quæ in ærārium Domini consēcrā- runt.

Levita benignè exceptus a socero, et a sene quodam Ephrataeo.

Cūm intēr Levītam quendam Ephraīmi montis et uxōrem ejus aliquid rixæ ortum esset, rēvērā ērat mūliēr dōmūm pātris sui qui habitābat in urbē Bethlēhemo, mansērātque apūd eum quātūor mensibus. Sēd Levīta vōlēns rēconciliārī uxōri, eāmquē sēcum rēducēre, pēr- rēxit in urbem Bethlehemum ad sōcērum. Qui, cūm audīssēt gēnēri advēntum, occūrrit ei lætus, et amplexātus est hōminem : mansitque gēnēr apūd sōcērum tribus diēbus, cōmēdēns cum eō et bībēns fāmiliārīter. Diē autem quartō de nocte consūrgens, prōficīsci vōlūit : sed eum tēnūit sōcēr et dixit : ‘ Gustā prius pauxillum pānis ‘ et corrōbōrā stomāchum, et sic prōficīscēris.’ Sēdēruntque sīmūl, ac cōmēdērunt et bībērunt. Dixītque pātēr muliēris gēnēro sūō : ‘ Quæso te ūt hōdie his mā- ‘ nēās, pārītērque lætēmur.’ At illē cōnsūrgens cōepīt vellē prōficīsci. Et nihilōmīnus obnīxē eum sōcēr tēnūit, et apūd se ut mănēret fēcit. Postēro diē mănē pārābat itē Levīta prōficīsci. Cui sōcēr rursus. ‘ Oro te,’ in- quit, ‘ ut pauxillum cībī cāpiās, et, assumptis vīribus, ‘ donēc increscat diēs, pōstēā prōficīscāris.’ Comēdērunt ergo sīmūl. Surrexit deinde adolescens ut abīret cum uxōre suā et servo. Cui rursus dixit sōcēr : ‘ Consīdērā ‘ diem ad occāsū declīviōrēm esse, et prōpīnquāre ve- ‘ spēram : mănē mēcum ētiam hōdiē, et duc lætum diem, ‘ et cras prōficīscēris ūt rēdēās dōmum.’ Nōlūit gēnēr obtempērāre sōcērī sermōnībus, sed stātīm abīit, dūcens sēcum dūōs asīnos ōnūstos, et servum et uxōrem.

Cūm itē carpērent, occūbūit eīs sōl juxtā urbem Ga-

baam, quæ erat in Tribu Benjamīniticā : divertēruntque ad eam, ut pernoctārent ibī. Quò cum intrāssent, sedēbant in platēā civitātis, et nullūs eōs rēcipere voluit hospitio : erānt enim hōmīnēs illius rēgionis pessimī. Sed ecce apparuit quīdam senēx Ephratæus, rēvertens ex agrō et ab opere sūo vespēri, qui pēgrīnus habitābat in illā urbē. Hic, ut primū vīdit sedentem hōmīnem cum sarcinulīs suis in platēā civitātis, dixit eī : ‘ Undē venīs et quò vadīs ? ’ qui respondit : ‘ Prōfecti sūmus ex urbē Bethlehem, et pergimūs ad mōntem Ephraim ; nullus tecto suo nos vult excipere, quamvis habēamus palēas et fœnum in asinōrum pabulum, et pānem ac vinum in meōs et ancillæ tūæ ūsūs, et servi qui mēcum est : nullā rē indigēmus nisi hospitio. ’ Cui rēpondit senēx : ‘ Pax tēcum sit. Ego præbebo omnia quæ necēssaria sunt. Tantum quæso nē in platēā māneās. ’ Introduxitque eū in dōmum suā, et pabulum asinis præbuit. Deinde ubi lavērunt pedēs suos : epulāti sunt post labōrem itinēris, cibō et pōtu reficiētēs corpōra.

Gedeonē adversūs Madianitas mittit Deus.

Fecērunt Israelitæ mālum in conspectu Domini, qui tradidit illos in mānūs Madianitarum septē annis, et opprēssi sunt valde ab eīs. Fecēruntque sibi antrā et speluncas in montibus, et munitissimā ad repugnandum locā. Cumque sēverat Israël, ascendēbant Madianitæ et Amalecitæ cæteræque Orientales nationēs, et in ejus agris figētēs tentōria, sicut erānt in herbis, cunctā vastābant, nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant, non ovēs, non bovēs, non asinōs. Ipsī enim et univērsi grēgēs eōrum veniebant ; et quā hōmīnum erat et camēlorum innūmērābilis multitudo complēbant univērsā ; et quidquid tetigerant, instar locustarum devastābant. *Hūmiliātusque* est attēnuātus valde Israël prōptēr frēquētēs illas Madianitarum incursiōnes, et clamāvit ad Dominum postulāns auxiliū contrā illōs.

Audivit Dominus clamōrem Israelitarum. Et cum Gedeon ē Tribu Manassæ excūteret atque purgāret frumentā, ut cum iis fugeret Madianitas ; apparuit ei Angelus Domini, dixitque : ‘ Dominus tēcum virōrum for-

‘tīssīme.’ Cui respondit Gedeon: ‘Obsēcro, domine mi, si Dominus nobīscum est, cūr apprehēdērunt nos ‘hæc omnia mālā? ubi sunt mīrābīlia ējus, quæ narra-
‘vērunt patrēs nostri, dīcētēs quōmōdo ēduxērīt nōs ex
‘Ægypto? nunc autem dērēliquit nōs Dominus, et tra-
‘dīdit in mānūs Madianītārum.’ Tunc respexit ad eum
Dominus, et dixit: ‘Vādē cum hac fōrtītūdīne tūā, et
‘libērābis Israēlem ē mānū Madianītārum. Scīto quōd
‘mīsērim te. Obsēcro, domine mi,’ inquit Gedeon,
‘quōmōdo libērābo Israēlem? ēccē fāmiliā meā infīmā
‘est in Tribū Manassæ, et ego mīnimus in dōmō patris
‘mei sum.’ Dixītque ēī Dominus: ‘Ego ēro tēcum:
‘et percūtīs Madianītas, quāsī ūnum vīrūm.’ *Et ille,*
‘Si invēni,’ inquit, ‘grātiam cōram tē, dā mīhi signum
‘quo nōvērīm quōd tu sis qui sermōnem hābēs mēcūm,
‘Nēc rēcēdās hīnc, dōnēc rēvērītār ad te āffērens tibi at-
‘que offērens mūnūs meum.’ Qui respondit: ‘Ego
‘præstōlābor advēntum tuum.’

Ingrēssūs itāque dōmum Gedeon coxit hædum, et, e
farinæ mōdīō, azymos pānēs: carnēsq̄ue pōnēns in ca-
nīstro, et jūs carnīum mittens in ollam, tūlit omnia, atque
obtūlit Angēlo sēdēnti sūb quērcu. Cui dixīt Angēlus
Domini: ‘Et carnēs et azymos pānēs pōnē suprā petram
‘hanc, et jūs dēsūper fundē.’ Cumque fēcīssēt itā, ex-
tendit Angēlus Domīni virgam quam tēnēbat mānū, et
tētīgit carnēs et pānēs azymos: ascendītque ignis de pe-
trā, et carnēs azymōsq̄ue pānēs consumpsit. Angēlus
autem Domini evānūt ex ōcūlīs ējus. Vīdēnsque Ge-
deon essē Angēlum Domini, exclāmāvit: ‘Heu, Domine
‘mī Deus, ōcūlīs mēīs vīdi faciēm Angēli Domini!’
Dixītque ei Dominus: Pax tēcum: nē tīmēās, non mō-
‘riēris.’ Ædīficāvit ergo ībī Gedeon altāre Domino.

Duplici vellēris mīrācūlo confīrmātūr Gedeon.

Omnēs Madianītæ et Amalecītæ et Orientālēs pōpūli
congrēgātī sunt sīmūl: et transeuntes Jordānem, castrā
metātī sunt in vallē Jesrāēlīs. *Spirītus* autem Domini in-
dūt Gedeonem, qui clangens būccīnā convōcāvit omnem
dōmum suam, ut sēq̄uerētur se. Mīsītque nunciōs ad
āliquot Tribūs, undē eī occurrērunt multi filii Israēlīs.

Dixitque Gedeon Deo: ‘Salvumně faciēs ōpērā meā ‘Israēlem, sīcūt locūtus es? En ego pōnām hoc vellūs ‘lanæ in arēā: sī rōs in sōlō vellēre fuērit, et in omni ‘terrā circūm siccitās, tunc scīam liberātum iri ōpērā ‘meā Israēlem, sīcūt pollicītus es.’ Factumque est itā. Nam postērō diē măně consurgens Gedeon, rōrē e vel- lēre expresso concham implēvit. Dixitque rursus Deo. ‘Nē irascātur fūror tuus contrā mē, si ādhuc sēmēl ten- ‘tāvērō altērū signum quærens in vellēre, Oro ut sō- ‘lum vellūs siccum sit, et omnis terrā sit rōre madīdā.’ Fēcītque Deus noctē illā ūt pōstulāverat Gedeon, et vel- lēre siccō mănēntē, fuīt rōs in omni hūmō.

Prōbāntūr ād āquās qui ād bellūm ēssēnt frōgrēssūrī.

Gedeon de nocte consurgens, et omnis pōpūlus cum ēō, vēnit ad fontem qui vōcābātur Harad. Erant autem castrā Madianitārum in vallē ād Septentriōnālēm plagam collis excelsi. Dixitque Dominus Gedeoni: ‘Multūs ‘tēcūm est pōpūlus, [32000 homines] nēc trādentur Ma- ‘dianitæ in mănū ejus, nē glōriētur contrā mē Israēl, et ‘dīcat: Meīs vīribus liberātus sum. Itaque hęc cunctīs ‘audientibus prædicā: Qui mētīcūlosus et tīmīdus est, ‘revērtātur.’ Cū itāque descendīssēt pōpūlus ad āquās, dīxit Dominus Gedeoni: ‘Qui linguā lambēnt āquās, ‘sicut sōlēt canēs lambēre, sēpārābīs eōs seorsum: quī- ‘cunque autem curvātis genībūs prōni bībērint, in altērā ‘parte ērūnt.’ Fuērunt ergo qui lambērānt āquām, in mănū ēām ād ōs admōvēntēs, nūmērō trecēnti vīrī; omnis autem rēliquā multītūdo flexo pōplīte bībērat. Tunc dixit Dominus Gedeoni: ‘Trecēntis istis vīrīs qui ‘lambērunt āquās liberābo vōs, trādāmque in mānum ‘tuam Madianitās: omnis autēm rēliquā multītūdo rē- ‘vērtātūr in locūm suām.’

Tubīs, lagēnīs, et lamphādībūs debēllāntur Madianitæ.

Dīmīsīt itāque Gedeon omnēs Israēlītas in suā quem- que tabernācūlā, rētīnūtque tantūm trecēntos illōs vīros, cum quībūs sē ad pugnāndum accīxit sumptīs prō nū- mērō eōrum cībāriīs ēt tubīs. Dīvīsīt autem trecēntos

vīrōs in trēs pārtēs, et dēdit tubas in mānus singulōrum, lagēnāsque testācēas vācūas, et lampādēs in mēdiō lagenārum; et dixit eis: ‘Quōd me facēre vīdēritis, hoc facitē. Ingrēdiar partem hostilium castrōrum, quando persōnerit tubā in mānū mēā, vōs quōquē pēr castrōrum circuitum tubis clāngitē, et conclamate: Domino et Gedeoni.’ Ingrēssusque est Gedeon, et trecenti vīri qui erant cum ēd, in partem castrōrum, incipiētibus vīgīliis noctis mēdiæ: et custōdibus suscītātis, cœperunt buccinīs clangere, et collidere inter sē lagēnas. Cumque circumēundo castrā in tribus persōnarent lōcis, et hydrias confrēgissent, tēnuerunt sinīstris mānibus lampādes, dextris vērō tubas quibus clangēbant, clāmāveruntque, ‘Glādīus Domini Gedeonis:’ stantes singuli in lōcō sūo pēr circuitum castrōrum hostilium.

Jacēbant tunc fūsi in vāllē et castrīs Madianitæ et Amalecītæ, et omnēs Orientālēs pōpuli, ut locustārum multitudo. Camēli quōquē innūmērābilēs ērānt, sicut arēnā quæ jacēt in littōre mārīs. Itaque audīto tubārum sōnītu, vīsisque lampādibus, omnia hostium castrā turbāta sunt, et, vōciferāntes ululāntesque, huc et illuc fūgerunt. Sēd insistēbant trecēnti vīri buccinīs persōnāntēs, dīrēxitque Dominus glādīos hostium in sē invicem, ita ut ipsi se mūtūā cædē perimērent. Qui vērō fūgā salūti suæ consūlere tentāverānt, eos Gedeon comprehēnsos omnēs necāvīt.

Pōst debēllatos tam insigni victōriā hostes, dixerunt omnēs Israēlītæ Gedeoni: ‘Domināre in nōs tu, et filius tuus, et filiūs filii tuī; quā liberāsti nōs ē mānu Madianītārum.’ Quibus illē rēspōndit: ‘Non dōmīnābor ego, nec dōmīnābitur filius mēus in vōs: sēd ipsē dōmīnābitūr vōbīs Dominus.’

Samūel nāscitur, et Dēo offertur.

Elcana Ephrateus hābuit uxōrēs dūas: nōmēn unī Annā, et nōmēn altēri Phenēnnā. Fuēruntque Phenēnnæ filii: Annæ autem libēri non ērānt. Insectabātur quōquē Annām æmūla ējus, et vehēmēnter vexābat adēd

ut exprōbrāret quōd filiōs ei Dominus non dēdisset. Porro illā flēbat, et non cāpiēbat cibūm. Dixit ergo ei Elcāna vīr sūus, quī eām dīligēbat : ‘ Annā cūr flēs, et quare non comēdis ! et quamōbrēm mœrōrē conficitur cor tuum ! Numquid non ego mēllior tibi sum quam dēcēm filiī.’

Elcana autem et uxōrēs ejus ē cīvitatē ascendērunt ad urbem Silo, ut adorārent, et sacrificārent Domino exercitūm, sicūti stātūtīs diēbus consuēverunt. Tunc Anna, quam amārā angēbat tristitiā, orāvit Dominum flens abunde, et vōtum vōvit, dicens : ‘ Domine exercitūm, sī respiciens vīderis angōrem famulæ tuæ, et rēcōrdātus mei fueris nec oblītus ancillæ tuæ, dēderis que servæ tuæ sexum vīrilem ; dābo eūm Domino omnibus diēbus vitæ ejus, et novaculā non admōvēbitur cāpiti ejus.’ Cui dixit Heli Sācērdōs, qui sedēbat super sellam antē pōstēs Tabernaculi Domini : ‘ Vādē in pacē ; Deus Israēlis annūat petitiōni tuæ, et dēt quōd rōgasti eum.’

Rēcōrdātus est autē Dominus Annæ. Et factum est post aliquōt diēs, ut conciperet, ac deinde pareret filium : vocāvitque nōmen ejus Samūēl, hoc est, ‘ Pōstulātum Domino.’ Ascendētē deinde Elcanā, vīrō ejus, et omni dōmō ad Tabernaculum, ut immolāret Domino hostiam solēnnem, ipsā non ascendit ; dixit enīm vīro sūo : ‘ Non vādām, dōnēc a lactē amōvēatur infans, et dūcam eūm, ut apparēat antē conspēctū Domini, et mănēat ibi jūgiter.’ Et respōndit Elcana : Fac quōd bonūm tibi vidētur ; prēcōrque ut implēat Dominus prōmissum suum.’ Mansit ergo mulier, et lactavit filium suum, dōnēc amōvērēt eum a lactē. Tunc eūm adhūc infantulum adduxērunt sēcum ad Dominum pātēr et māter ; et, immolāto vitulō, obtulērunt puērūm Sācērdōti Heli cui dixit Annā : ‘ Domine mi, ego sūm illā mulier quæ stēti cōram tē hic orans Dominum. Prō puēro hoc orāvi, et dedit mihi Dominus quod pōstulāvi ab eō. Idcirco et ego commōdo eum Domino omnibus diēbus vitæ ejus.’ Pōstquā orāvērunt Dominum, redīerunt dōmum parētēs Samuēlis. Puēr autem rēmānsit, fuitque mīnister in conspēctū Domini, antē faciē Heli Sācērdōtis.

Samuēli aſſerit Deus quæ malā impēndēant Heli prōptēr filiōs.

Samuēl mīnīstrābat āntē faciē Domini, puēr accinctus Ephod lineo. Et tunicām parvā faciēbat ēī māter suā, quam affērēbat stātūtis diēbus, ascendens eum vīrō ut immōlāret hostiām solēnnem. Et bēnēdixit Heli Helcanæ et uxōrī ejus, dixitque ēī: ‘Reddāt tibi Dominus sēmēn ē muliēre hāc, pro fānōre quōd commōdāsti Domino.’ Et ābiērunt in lōcū sūni. Vīsitāvit ergo Dominus Annām, et concēpīt et pēpērit trēs filiōs et filiās dūās. Puēr autem Samuēl proficiēbat, atque crescēbat, et placēbat tam Deo quam hōmīnībus.

Porro filii Heli pītātīs omnīs atque prōbitātis expertēs ērānt, nesciētēs Dominum nēque officium Sācērdōtūm ergā pōpulum. Erātque peccātum eōrum grandē cōram Domino. Heli autem ērāt sēnēx valde, et audīvit omnia quæ faciēbant filii sui unīversō Israēli: dixitque ēīs: ‘Quārē facītis rēs hujuscēmōdi quæ ego audīo, res ‘pessīmās, ab omni pōpulo? Nōlīte, filii mei, itā āgēre; ‘non ēnim est bōnā fāmā quam ego audīo.’ Et non audīerunt vōcēm patris sui: quā vōlūt Dominus occidēre ēōs.

Puēr autem Samuēl ministrābat Domino cōram Heli; et sermo Domini ērāt tunc pretiōsus et rārus, nēque ērāt vīsiō manīfēstā. Diē quādam Heli jacēbat in lectūlo, et ōcūli ejus caligāverant, nec pōtērat vidēre, Samuēlque dormiēbat intrā septā Tabernāculi in quo ērāt arcā Domini. Et vōcāvit Dominus Samuēlem; qui respondens, dixit, ‘Eccē ego.’ Et cūcurrīt ad Heli, et dixit, ‘Eccē ego, vōcāsti ēnim mē.’ Qui dixit ‘Non vōcāvi; ‘rēvertēre et dormī. Et ābiit, et dormīvit. Rursum vōcāvit Dominus Samuēlem. Consurgensque Samuēl, ābiit ad Heli, et dixit, ‘Eccē ego, quā vōcāsti mē.’ Qui respondit, ‘Non vōcāvi tē, fili mi; rēvertēre et dormī. Porro Samuēl nondum nōvērāt Dominum, nec adhūc rēvelātum ei fuērat verbum Domini. Vōcāvit Dominus tertio Samuēlem. Qui consurgens ābiit ad Heli, dixitque, ‘Eccē ego, quā vōcāsti mē.’ Intellēxit Heli a Domino ipso puērūm dormiēntem excitāri ac vōcāri; et dixit Samuēli, ‘Vādē et dormī; et, si deinceps vōcā-

‘tus fuëris, dīcēs, lōquere, Domine, quā audit servūs tu-
 ‘us.’ Abiit ergo Samuël, et dormiuit in locō sūō. Et vē-
 nīt Dominus, et astītit, et vōcāvit, ‘Samuël, Samuël.’
 Et respondit Samuël, ‘loquēre, Domine, quā audit ser-
 ‘vūs tuūs.’ Et dixit Dominus Samuēli, ‘Eccē ego ēām
 ‘rem faciām in Israēl, quam quīcūque audiērit, tinnī-
 ‘ent ambæ aures ējūs, et magno terrōre concūtiētur.
 ‘Quæ advērsūs Heli, et dōmum ējūs, locūtus sum, om-
 ‘nia complēbo; eo quod nōvērīt indignē agere filiōs su-
 ‘os, nēquē tamēn corrīpūerūt eōs. Idcirco jūrāvī dōmūi
 ‘Heli, inīquitātem ējus non expiātum iri in ætērnūm
 ‘vīctīmīs et mūnerībūs.’

Dormiuit Samuël usque ad lucēm, āpērūitque ostīa
 dōmūs Domini; et tīmēbat indicāre visiōnem Heli. Qui
 vōcāvit eum, et dixit, ‘Samuël, fili mi.’ Qui respondit,
 ‘Præsto sum.’ Et interrōgāvit eum, ‘Quænam sunt eā
 ‘de quībūs tē allōcūtus est Dominus? oro te nē cēlāvē-
 ‘ris me.’ Indicāvit itaque ei Samuël omnia verbā Do-
 mini, et nīhil abscondit. Et illē respondit, ‘Dominus est;
 ‘quod bōnūm est in oculīs suis faciāt.’ Crēvit autem Sa-
 muël, et Dominus ērāt cum eō, et nullum verbum prōtū-
 lit quōd fuērit irritum. Et cognōvit unīvērsum Israēl, a
 Dan usque ad Bersabee, Samuēlem fidēlem esse Prophē-
 tam Domini.

Mors Heli et filiōrum.

Aliquōt annīs pōst prænunciātam Samuēli a Deo dō-
 mūs Heli ruīnam, Israelitæ a Philisthæis victi, arcam
 fœdēris Domini in aciem sēcum dētūlērunt, fūtūrum spē-
 rantēs ut servāret eōs ab hostībūs. Sēd itērum cæsi sunt:
 et fūgit unūquisque in tabernāculum sūum; et tantā
 clādēs accēptā est, ut cādērent ex Israēle trīginta milliā
 pēditum. Quin etiām arcā Dei cāptā est. Duo quōque
 filii Heli mortūi sunt, Ophni et Phinees. Currens autem
 vīr ex aciē, vēnit Silo diē illā, scissā vestē, et conspersus
 pulvērē cāpūt. Sēdēbat tunc Heli sūper sellam contra vī-
 am spēctans; ērāt enī cor ējus pāvēns prō arcā Dei.
 Vīr autem illē, postquām urbēm ingrēssūs est, nunciāvit
 clādem Israelitarūm; et ululāvīt omnīs civitas. Et au-
 dīvit Heli sōnitum clamōris, dixitque, ‘Quis est hic tū-

‘mūltus?’ At illē festīnāvit, et vēnīt, et nunciāvit Heli, dixītque, ‘Ego sum qui vēni e praeliō, et ego qui ex acie fūgi hōdie.’ Cui Heli, ‘Quid actum est,’ ait, ‘fili mi?’ Respondens autē ille quī nunciābāt, ‘Fūgit,’ inquit, ‘Israēl cōram Philisthæis, et ruīnā magnā factā est in pōpūlō; insūper et dūo filiī tūi mortūi sunt, Ophni et Phinees; et arcā Dei captā est.’ Cumque illē nōmīnāsset arcam Dei cēcīdit de sellā retrorsum, juxtā ostiūm, et fractis cervīcibus mortūus. Erāt autem tunc sēnēx, et nonagīntā et octo annōrum, atque ējus ōcūlī calīgāverant, nec vidēre pōtērat. Nurūs autem ējus, uxōr Phineæ, prægnaus ērāt vicīnāque partūi; et audīto nunciō quōd captā essēt arcā Dei et mortūus essēt sōcēr suus, et vīr sūus, irruērunt in ēām dōlōrēs sūbiti, pēpēritque et mortūā est.

PARTIS PRIMÆ SELECTARUM E VETERI TESTA-
MENTO HISTORIARUM

FINIS.

SELECTÆ
E LIBRIS APOCRYPHIS
HISTORIÆ

PARS PRIMA.

Tobie in Deum pietas, conjugium, filius.

Tobias, ex Tribu et civitate Naphtali, cuncta Dei mandata puerulus observabat: et, cum junior esset omnibus in Tribu sua, nihil tamen puerile exhibuit opere. Dum omnes irent adoratum vitulos aureos quos olim erexerat Jeroboamus, primus rex Israelis, hic solus eorum societatem fugiens, ibat Hierosolymam ad Templum Domini: ibi Deum patrum suorum adorabat, primitias omnes suas et decimas religiose offerens. *Proselytis* etiam et adventis multa erogabat tertio quoque anno secundum legem Dei. Postquam ad aetatem virilem pervenit, uxorem duxit Annam e Tribu sua, genuitque ex ea filium, cui nomen suum imposuit, et quem ab infantia timere Deum atque ab omni peccato abstinere docuit.

Tobie benignitas in captivitate sua sociis.

Cum Salmannassarum Assyriorum rex, captam urbem Samariam, et Osee regem Israelis in carcerem missum, transtulisset Israelitas in Assyriam; omnem Tribum Nephtali, et Tobiam cum uxore et filio, quatuor circiter annorum puero, in civitatem Ninivem abduxit. Sed Tobias in cap-

tivitatem redactus, nihil de solita in Deum pietate aut in homines benignitate remisit. Omnia, quæ habere poterat, captivis fratribus suis quotidie impertiēbat; et cum ii omnēs iisdem, quibus gentēs cibis vescerentur, ipsē animam suam puram custodivit, nec unquam contaminatus est ejusmodi escis. Et quoniam memōr fuit Domini in toto corde suo, dedit ei Deus gratiam apud Regem Salmanassarum, a quo accepit potestatem eundi quocumque vellent, et quidquid libuisset faciendi libertatem. Itaque ad quoscumque habebat e gentē sua captivitatis socios commēbāt, et eos monitis salutariis instruebāt. Quin etiam, cum Gabaelum quendam, qui erat ex eadem Tribu, egentem vidisset; decem talenta argenti, quibus a rege donatus fuerat ei, accepto chirographo, commodavit perhumaniter.

Tobias mortuos cum vita periculo sepelit

Post multum vero temporis, mortuo rege Salmānāsarō, Sennacheribus filius ejus patri in regnum successit. Hic cum Israëlitas exosos haberet, neque eorum conspectum ferre possēt; Tobias singulis diebus invisebat omnem cognationem suam, et consolabatur eos, dividēbatque unicuique, prout poterat, de facultatibus suis. Esurientes alēbat, nudis vestimentā præbebat, mortuis sepulchram sollicitus exhibebat; et sepeliebat corpora eorum, quos interficere jubebat Sennacheribus, qui ex Judæa reversus fuerat. Irā enim incensus erat ob acceptam cladem quā eum Deus in ultionem nominis sui verbis impiis laccessiti affecerāt. Quod ubi nunciatum est regi, Tobiam jussit occidi, et omnēs ejus facultates abstulit. At Tobias cum filio suo et uxore fugiens, bonis cunctis spoliatus, ac nudus, facile latuit, quia multi diligebant eum. Post dies vero quadraginta quinque occiderunt regem filii ipsius, et reversus est Tobias domum suam, eique universæ res suæ fuerunt restitutæ.

Deinde, cum esset dies festus Domini, Tobias, lauto conviviō domi parato, dixit filio suo: 'Vade, et adduc aliquos e Tribu nostrā timentes Deum, ut epulentur nobiscum.' Paruit ille, et reversus nunciavit patri unum ex Israëlitis jugulatum jacere in platea, Exiliens

stātīm Tobias a mensā cui accumbēbat, rēlictō prandīō, jejūnūs pervēnit ad corpūs exānīmē, et sublātum portāvit in ædēs suās occūltē, ut, pōstquam sōl occūbūisset, tūtō sēpēlīret. Occūltō cadāverē, comēdit pānem cum luctu et trēmōre, in mēmōriam rēvōcāns quæ dixit Dominus per Amos Prōphētam: ‘Dīēs festi vestri convertētur in lamētātiōnem et luctūm.’ Atque ūbi sōl occīdit, corpūs dōmō extūlit Tobias et sēpūlchrō māndāvit. Argūebānt quīdem eum omnēs proximī, dīcētēs: ‘Jam hūjūs rei causā interficī jussūs es, vixque mortem effūgīsti, et itērum sēpēlīs mortūos?’ Sed ille, sprētis talībus objurgatiōnibus, et māgīs tīmēns Deum quam rēgēm, rāpiēbāt corpōrā occīsōrum, et eā in dōmō suā intērdiū abdītā mediīs noctībūs condēbāt tūmūlō.

Tobiæ cæcītās et patiētīā.

Cū autē quādā diē fatīgātūs præstando mortūis sōlītō sēpūltūræ officīō, incūbūissēt pariēti atque obdormīssēt, contīgīt ut ex nīdō hirūndīnūm calidā stercōrā in oculōs dōrmīentīs incidērēt, fiērētque cæcūs. [Annō ætātis 50.] Hanc porro tentātiōnem idēo permīsit Dominus ēvenīre illi, ut postērīs dārētur exemplum patiētīæ ejus, sīcūt et sancti Jōbi. Nam cū ab infāntiā suā sempēr Deum tīmūissēt, ejusque mandātā servāset; nīhil advērsūs Dominum conquestūs est quōd hæc plāgā cæcītātis sibi accidīssēt: sed immōbilis in ejus tīmōre pērmānsit, eīque grātias ēgit omnībus diēbus vitæ suæ. Quēmādmōdūm autem beatō Jōbō insultābant rēgēs, itā affīnēs et cōgnātī Tobiæ irrīdēbant vitām ejūs, dictātāntēs, ‘Ubi est spēs tuā prō quā *elemōsynās* faciēbās, sēpēliendīs mortūis opērām dābās?’ At incrēpāns eōs, ‘*Nōlite*, inqūiēbāt, itā loquī; quōntām filiī sanctōrum sūmīs, et vitām illām expēctāmūs quam Deus dātūrūs est hīs qui dātām illī fidēm nūquām fāllunt.’

Annā vērō uxōr ejus ībat quotīdiē ad texēndām tēlām et quem lābōrē mānūum suārum consēquī victūm pōtērāt, eum rēfērēbāt dōmūm. Undē factūm est ut alīquādo hœdūs ab eā affērrētūr. Cūjus cum vōcēm balāntīs vir ejus audīssēt, dixit, ‘Vidētē nē fortīvūs sīt; reddītē eum dōminīs sūīs, quā non licēt nōbīs aut

‘édere ex fūrtō āliquīd aut contīngere.’ Ad hęc irātā conjux respondit : ‘Manifēstē vāna est spēs tuā ; ēn quō ēvāsērunt ēlēēmōsynæ tuæ.’ His atque āliīs hūjūs-cēmōdi verbis marīto uxor expōbrābat.

Tobīas mōrtē optat, et peccātōrum vēnīam postūlat a Deo.

Tunc Tobīas ingēmūit, et cœpīt ōrāre Deum cum lā-crymīs, dīcens : ‘Justus ēs, Domine, et omnīa jūdiciā tuā justā sunt : et omnēs viæ tuæ mīsēricordiā, vērītas, et jūdiciū. Nunc, Domine, mēmōr esto mēi, nēque vindictam sūmas de peccātis meis, nec rēmīnīscāris delictā mea vel pārentum meorum. Quōniam non ōbēdīvimus præceptis tuīs, ideo trādīti sūmus in direptiōnem et captivītātem et mortem, et in fabūlam et ludibriū omnibus natiōibus intēr quas dispersisti nōs. Magnā, Domine, et justā judiciā tuā, quā non ēgīmus scēdūm præceptā tuā, nēquē nōs sincērē gessimus cōram tē. Fac itāque nunc prō vōlūntātē tuā mēcūm, et præcipe in pāce rēcīpī spīritum mēūm : expēdit enim mīhi mōrī māgis quān vīvère.’

Tobiæ Monita ad Filium.

Cum Tobias pūtāret exaudītas esse a Deo prēcēs sūās et sibi mortem instāre ; vōcāto ad se filio dixit : ‘Audi, fili mi, vērbā ōris mei, et eā in cōrdē tuo rēpōnē vēlūtī fundāmentum vitæ sāpīēnter instītūendæ. Omnibus diēbus vitæ tuæ in mente hābēto Deum ; et cāve ne quando peccāto consentīas, et prætermittas præceptā Domini Dei nostri.

‘Ex facultātibus tuis fac ēlēēmōsynām, et nōli āvertēre faciē tuā ab ullo paupēre : itā enim fiet ut nēc a te avertātur faciēs Domini. Quōmōdo potūēris, itā esto mīsēricors. Si multum tibi fūerit, abundanter tribūē ; si exīgūum, etīam de isto exīgūo libēnter impertīri stūdē. Thesaurum enim bōnum ac præmiū tibi rēcōndēs in diē mēcēssītātis. Quōniam ēlēēmōsynā ād omni peccāto et a morte libērāt, et non pātīētur

‘*ānīmam īre īn tēnēbrās. Fīdūcia magnā ērit cōram
‘ summō Deo ēlēēmōsynā omnibus faciēntibus ēām.*

‘*Sūpērbiam nunquam īn ānīmo tuo aut īn sērmōnē
‘ tuo domīnārī permīttas: āb ipsā ēnīm īnītiūm sump-
‘ sīt omnē mālūm.*

‘*Quicunq̄ue pro tē ālīquid ōpēris fēcērit, stātīm ei
‘ mercēdem restītūe, et mērcēs mercenārīi tui apūd tē
‘ omnīno non rēmānēat.*

‘*Quōd āb ālīo ōdēris fīērī tibi, vīdē ne tu ālīquādo
‘ altērī faciās.*

‘*Pānem tuum cum ēsūriēntibus et egēnis comēdē, et
‘ vestīmētīs tūīs nūdōs tēgē. Pānem tuum mandūcāre
‘ et vīnum tuum bībēre nōlī cum peccātōrībūs.*

‘*Consīlīum sempēr a sāpīentē perquīre.*

‘*Omni tempōre bēnēdic Deo, et pētē āb eō ūt vīās
‘ tūās dīrīgāt; et omnīa consīlīā tuā īn ipso permā-
‘ nēānt.*

‘*Cum accēpērit Deus ānīmam meam, corpūs mēum
‘ sēpēlī: et hōnōrem hābēbis matri tuæ omnibus diēbus
‘ vitæ ejus. Mēmōr ēnīm esse dēbes quæ et quantā
‘ perīcūlā passā sit īn utēro suo propter te. Cūm autem
‘ et ipsa complēvērit tempus vitæ suæ, sēpēlī eām prōpē
‘ mē.*

‘*Indīco ētīam tibi, fili mi, commōdavisse me dēcē
‘ talentā argēntī, dūm adhūc infantūlus essēs, Gabāēlo
‘ īn cīvītate Mēdōrum nōmine Rages, et chīrōgrāphūm
‘ ējūs āpūd mē hābēo. Idēo perquīrē quōmōdo ad eum
‘ pervēnīās, et rēcīpīās āb eō mēmōrātum pondus argen-
‘ tī, suūmq̄ue ei chīrōgrāphūm rēstītūās.*

‘*Nōlī tīmēre, fili mī; paupērem quīdem vītā dūcī-
‘ mus; sed multā bonā hābēbīmūs, si tīmūērīmus Deum,
‘ et rēcēssērīmus āb omni peccāto, et fēcērīmus bēnē.’*

‘*Tūnc Tōbīas respondit patri suo, et dixit; ‘Omniā
‘ quæcunq̄ue præcēpīsti mihi, faciām, pātēr. Quōmōdo
‘ autem pēcūnīam illam rēcīpīam, ignōro: Gabāēlus illē
‘ mē nēscīt, et ēgo eum ignōro: quōd signum dābo ei?
‘ sed nēquē vīam quā pervēnīātur illūc cognōvi.’ Cui pa-
‘ tēr; ‘Chīrōgrāphūm,’ īquit, ‘illius pēnēs mē est, quōd
‘ cūm illi ostendēris, stātīm pēcūnīam reddītūrus est. Sed
‘ ābi nunc, et īnquīre tibi ālīquem fidēlem vīrum quī ēat*

‘tēcum salvā mercēdē sūā ; ūt, dŭm adhuc vīvo, dictām
‘summām argēnti accipiās.’

Tōbīa filiō cōmītēm sē præbēt Angēlus.

Egrēssŭs Tōbīas invēnit jŭvēnem splendīdum stantem præcinctum, et quāsī pārātum ad prōficiscēndūm aliquō. Quem ignōrans Angēlum Dei esse, sālūtāvit, dixitque ; ‘Undē te habēmus, bonē jŭvēnis ?’ At ille respondit ; ‘Ex Israēlītis.’ Et Tōbīas dixit ei ; ‘Nōsti viam quæ dūcit in rēgiōnem Mēdōrum ; Nōvi,’ inquit ille, ‘ēt omnia itinēra ejus frēquēnter perambulāvi, et mansi apud Gabāēlum fratrem nostrum qui commōratur Rages, quæ civitas est Mēdōrum.’ Cui Tōbīas ait ; ‘Expēctā paulūlum, obsēcro, dōnēc hęc ipsa nunciēm patri meo. Tunc dōmūm ingrēssŭs Tōbīas, indicāvit ūnivērsā patri suo.’ Quæ ille admīrātus, dixit rōgandum esse jŭvēnem illum ut intrōiret ad se. Ingressus itāque Tōbīam sālūtāvit, dixitque ei. ‘Gaudīum tibi sit sempēr.’ Respondit Tobias : ‘Quāle gaudīum mihi ērit, qui in tēnēbrīs sēdēo et lūmen cœli non vīdēo ?’ Cui Angēlus ; ‘Forti ānimo esto ; brēvi enim fūtūrum est ūt tē sānēt Deus.’ Dixit deinde illi Tobias ; ‘Numquid pōtēris perdūcere filium meum ad Gabāēlum in civitātem Mēdōrum Rages ? et cum rēdiēris, tuam tibi mercēdem solvam.’ Et dixit ei Angēlus : ‘Ego dūcam et reducam ēum ad te.’ Cui Tobias respondit ; ‘Rōgo tē, indicā mīhi ē qua dōmō, aut e quā Tribu sis tu. Cūjus gēneris sit qui cum filiō tuō itūrŭs est, non rēfert,’ inquit Raphaēl Angēlus ; ‘nē fortē tāmēn te solīcītum reddam, ego sum Azariās Ananīæ magni filius.’ Tum Tōbīas ; ‘Ex magno gēnere es tu. Cætērŭm pēto nē irascāris, quōd vōluerīm cognoscere gēnŭs tuum. Ego,’ inquit Angēlus, ‘sānum dūcam, et sānum ad te rēducām filiūm tuum.’ Respōndens autem Tōbīas ait ; ‘Vōbīs ēūntibus omnia faustā ēvēniant, præcōr ; sit Deus in itinēre vestro, et Angēlus ejus vōs comītētur.’

Pārātis itāque omnibus quæ ērānt aspōrtāndā, valedixit Tōbīas pārēntibus, dēdērŭntque sē in viam ambo simul, et cānis sēcŭtus est eōs.

Flentem Tōbīæ matrē cōsōlātur conjux.

Cūm prōfēctus esset Tōbīas, cœpit māter ejus flēre, et marīto dīcēre : ‘ Bācūlum sēnēctūtis nostræ abstūlisti, et transmīsisti a nōbis. Utīnam nunquam fuīssēt ipsā pēcūniā, pro quā mīsisti eum. Sufficiebat enim nōbis paupērtas nostrā, ut dīvitiās pūtārēmus hoc, quōd vidēbāmus filium nostrum.’ Dixitque ēī conjux : ‘ Nōli flēre. Salvūs pervēniēt in Mēdiam filiūs noster, et salvūs rēvertētur ad nōs, et ōcūli tui itērum ējus conspectu fruentur. Crēdo enim Angelum Dei bonūm cōmitem illi ādēsse, et bēnē dispōnere omnia quæ circa eūm gerūntur, itā ut cum gaudio rēversūrus sit ad nōs.’ Ad hęc verbā cessāvīt mulier flēre, et tēcūit. *Cap. V.*

Tōbīas libērātūs ā pīscē vēnit ād Ragūēlem.

Intērēā Tōbīas et Angēlus itēr faciētēs pervēnērē ad Tigrim flūvium, in cūjus rīpā nocte prīmā mansērunt. Cumque ādolēscens ad abluendos pēdēs accēssīssēt, ēcce piscīs immānis exīvit ad dēvōrāndūm eūm. Ad cūjus aspectum expavescens, clamāvīt vōcē magnā : ‘ Domine, invādit mē.’ Cui Angēlus ; ‘ Apprehēnde branchiam ējus, et trāhē eūm ad te.’ Quōd cum illē fēcīssēt, attractūs piscīs in siccūm palpītāre cœpit antē pēdēs ējus. Tunc dixit Angēlus : ‘ Exenterā hunc piscem ; cor autem ējus, et fel, et jecur sēpōnē tibi ; sunt enim hęc nēcēssāria ad quædam mēdicāmētā.’ Fēcit Tobias quæ jussus ērāt ab Angēlo : deinde assāvērūnt carnīs partem, quam cōmēdērēt ; cætērā sāliērunt quæ sufficērēt ēis, dōnēc susceptūm itēr confēcīssēt.

Ut āpprōpīnquāvērunt urbi, quæ Ecbatānā vōcābātūr, dixit Tobias Angēlo ; Ubi vis ut mānēāmus ? ‘ Est hic,’ inquit Angēlus, ‘ Vir nōmīne Raguel, prōpīnquus tuus, ā Tribu tuā, et hic hābēt filiam nōmīnē Sāram, nullumque masculum nēquē fœmīnām ullam hābēt āliām, prætēr eam. Tibi dēbēntur omnēs faciūtātēs ējus, et oportet tē accipēre eam in conjūgem, ut qui sōlus sūpērsis ex gēnēre ipsiūs. Pētē ergo eam a patre ējus, et dābit tibi uxōrem. Audīvi.’ Inquit Tobias, ‘ puellam illām jam septēm vīrīs fuisse matrīmōnium dātā,

‘ mortuosque esse eos omnes a dæmonio occisos. Tīmēo ergo nē fōrtē ēt mihi sīmīlis calamitas ēvēniat, ēt cūm sim ūnicus pārentibus mēis filius, dēdūcām sēnēc-tūtēm illōrum cūm tristitiā ād sēpūlchrūm.’ Tunc Angēlus Raphael dixit ēī; ‘ Audī mē, et ostendam tibi, quibus possis prævālērē dæmōnīum, Quī conjūgium itā suscipiunt, ūt Deum ā sē ēt ā suā mentē, exclūdant, ēt libīdīni vācēnt sīcūt ēquus ēt mulus, quibus non est intellēctūs, hābēt pōtēstātem īn ēōs dæmōnīum. Tu autem virgīnem accipiēs īn cōnjugem cum tīmōrē Domini: non libīdīnē ductūs, sēd amōrē libērōrum, pēr quōs prōmīssam a Deo sēmīnī Abrahāmī bēnēdictiōnēm cōnsēquāris.’ *Cap. VI.*

Tōbīa Sārā uxōr dātūr.

His dictīs ingrēssi sunt dōmum Raguēlis, qui suscēpīt ēōs cum gaudio, intūēnsque Tōbīam, dixit Annæ uxōri suæ. ‘ Quām sīmīlis est jūvēnis hic consobrīno meo?’ Et ad hospītēs convērsūs: ‘ Undē estīs, jūvēnēs frātērēs nostri? Ex Tribu Nephtali,’ inquit, ‘ sūmūs, ex captīvīs Nīnīvem abductis.’ Rursūm ille, *Nōstīs,* inquit, ‘ Tōbīam frātrem mēum? Nōvīmus,’ rēspōndērunt. Cumque mūltā bōnā Raguel lōquērētūr de eō; dixit illi Angēlus; ‘ Tobias, dē quo interrōgas, pāter hūjus est.’ Tum exīlīens Raguel ōscūlātus est eum cum lācrymīs, collumque ējūs amplexātus, dixit; ‘ Bēnēdictiō sit tibi, fili mi, quā bōnī et optīmī vīrī filius ēs.’ Et Anna uxōr ējūs, et Sārā ipsōrum filia, lacrymātæ sunt. Deinde prēcēpit Raguel ōccīdi ariētem, et pārāri convivium. Cumque hortārētūr advēnās ut discumbērēt ad prandīum; ‘ Hīc ego hōdie non mandūcābo,’ inquit Tobias, ‘ nēque bībām, nīsī prius pētītiōni meæ annūērīs, et prōmīserīs te mihi daturum Saram filiam tuam uxorem.’ Quō audīto, expāvīt Raguel, sciēns quīd ēvēnīssēt septem illīs vīrīs, quibus āntēā filiā nupsērāt, et tīmēns nē fortē et huīc idēm mālūm contīngērēt. Cūm ergo dubitārēt, nēquē pētēntī quīcquam responsī dārēt; dixit ēī Angēlus; ‘ Nōlī tīmērē nē filiā tuā huīc spōnsām dēs, quōnīam tāli vīrō, tīmēnti Deum, dēbētur conjux filiā tuā: prōptērēaque nēmō āliūs pōtūit hābēre illām. Tunc

‘dixit Raguel; ‘Non dubito quin Deus precēs et lacry-
 ‘mas mēas respexerit, credōque ab ipsō hūc ideo adduc-
 ‘tōs fuissē vōs, ut nātā mēā vīrō cognātiōnis suæ secūn-
 ‘dum lēgem Mōsis jungērētur. Itaque nōlī dubium hā-
 ‘bēre, quā ēām tibi jam nunc sīm trādītūrus.’ Tunc ap-
 ‘prehēdens dextēram filiæ suæ, dextēræ Tobix applicū-
 ‘it, dicens: ‘Deus Abrahāmi, et Deus Isaāci, et Deus
 ‘Jacōbi, vōbiscūm sīt, et ipse conjūgat vōs, implēatque
 ‘bēnēdictiōnem suam in vōbis.’ Et, accēptā chārtā, fecē-
 ‘runt conscriptiōnem conjūgii: et epulāti sunt, bēnēdi-
 ‘cētēs Deo. *Cap. 7.*

Tōbiæ et Sāræ precēs ad Deum.

Pōstquam cōnāvērunt, et in cūbīcūlum Sāræ Tōbias
 est introductus: mēmōr ille præceptōrum Angēli; ‘Ex-
 ‘urgē,’ inquit, ‘Sārā, et dēprecēmur Deum his tribus
 ‘noctibus: filiī quippē sanctōrum sūmus, et non possū-
 ‘mus matrimōnio conjungi sicut gentēs, quæ ignōrant
 ‘Deum.’ Itaque instānter orārunt ambo simul, ut sanī-
 ‘tās sibi concēdērētur. Dixitque Tobias: ‘Domine, Deus
 ‘patrum nostrōrum, bēnēdicant tibi cœlum, et terrā, mā-
 ‘rēque et fontēs, et flūminā, et quæcūque ā tē creatā
 ‘in eīs sunt. Tu fecisti Adāmūm e limo terræ, dēdisti-
 ‘que eī adjūtōriūm Hevam. Et nunc, Domine, tu scīs
 ‘mē non luxuriæ causā accipere sorōrem meam conjū-
 ‘gem sed sōlō amōrē postērītātis, in quā bēnēdicatur
 ‘nōmīnī tuo per cunctās ætātēs.’ Dixit quōque Sārā;
 ‘Miserere nostri, Domine, miserere nostrī, et consenē-
 ‘scāmūs ambo pariter sani.

*Dē incolūmītātē novōrum conjūgum grātiās agit Deo
 Raguel.*

Circā gallōrum cantū accersiri jussit Raguel servos
 suos, et abierunt unā cum eō ut foderēt sēpūchrūm.
 Dīcēbāt enim; ‘Fortassē et hic mortēm oppetiērit sīmī-
 ‘lī mōdō, quō et ceterī septem illi priōrēs vīrī.’ Cum-
 ‘que parāssent fossam, rēversūs Raguel ad uxōrem suam,
 dixit ei; Mittē unam ex ancillis tuis, et vidēat an mor-
 ‘tūus sīt jūvēnis illē, ut sēpēliam eum antēquā illucē-

‘scāt dñs.’ Mīsīt illā ūnām ex ancillis suīs, quæ ingresa cūbīcūlum, rēpērit ambos salvos, et incōlūmēs; et rēvērsa attūlit bōnum nunciūm. Tum gratias agentes Deo Raguel et Annā, dixerunt; ‘Bēnēdicīmus tibi, Domine, Dēus Iraēlīs quā non contīgit quēmādmōdūm vērēbāmūr. Tuā ēnīm mīsēricōrdiā ergā nōs ūsus ēs et exclūsīsti a nōbīs īnīmīcum pērsēquētēm nōs. Mīsērtus ēs autem duōrum ūnīgēnītōrum. Fac ēōs, Domine, plēnus tibi bēnēdicēre, sacrificiūmque tibi laudīs dēbitæ pro suā sālūtē offērrē, ūt omnībus gēntībus īnnōtēscāt tē esse Deum sōlūm īn unīvērśā terrā.’ Stātīmque prācēpīt servīs suīs Raguel, ūt antēquā ēlūcēsceret, rēplērent fossām quām fēcērānt. Uxōri vērō suæ mandāvīt, ūt īnstrūeret convīvīum, et prāpārāret omnīā, quæ ad vēscēndūm ērānt īter faciēntibus nēcēssāriā. Ipsē duās pinguēs vaccās, et quātūor ariētēs ocīdī cūrāvīt; ēpūlasque omnībus vicīnīs suīs atque āmīcīs appārārī. Tobīam, ūt duās hebdōmādas āpūd sē mōrārētur, obtestātus est, eīque omnium, quæ possīdēbat bōnōrum dīmīdiam partem dēdīt, scripto confirmāns, partēm altērām, quæ supērērāt īn ējus dōmīnīum dēvēntūrām pōst suūm ēt uxōrīs ōbitum. *Cap. VIII.*

Gabāēlus ab Angelo adducitur ad nuptias.

Pōst hęc Tobias, vōcāto ad sē Angēlō, quēm quīdē m hōmīnēm esse existīmābāt, dixīt; ‘Azariā frātēr, pēto ūt auscultēs vērba mēā. Si meīpsūm trādām tibi sēr-vūm, pārēm prōvidīs cūrīs tuīs grātiām non prāstābo. Hoc tāmēn tē prætērēā obsēcro, ūt, assumptīs tēcūm jūmētīs vėl sēr-vītiis, hīnc vādās ad Gabāēlum īn cīvītātē Mēdōrūm, quæ dīcītur Rages, et reddīto eī chīrōgrāphō sūō, rēcīpiās āb ēō pārētīs mēī pēcūnīam, rōgēsque ēūm, ūt vēniat ad nuptiās mēās. Pātēr ēnīm mēus, ūt scīs, nūmērāt dñs: ēt si tardāvērō ūno diē plus, contristābitur vēhemētēr. Vīdīsti autem quōmōdo ōbtēstātus mē sit Raguel, ut āpūd ēum mānērēm, cūjus obtestatiōnēs aspernārī non pōssūm.’ Tunc Raphael, assūmēns quātūor e servīs Ragūēlīs ēt duōs camēlōs, perrexit Rages, et īnvento Gabāēlo reddīdit chīrōgrāphūm suūm, rēcēpītque āb ēō omnem pē-

cūñiam. Indicāvit etiā eī dē Tobiaē filio, quācunque nuper gestā ērānt, persuāsītque ut sēcum vēñret ad nuptias.

Ingressūs dōmum Raguēlis Gabāelus invēnit Tobiam discumbentem. Qui cum a mensa exiliisset, osculāti sunt se invicem obortæque sunt Gabāelo lacrymæ, bēnēdixītque Deo, et dixit Tobiaē: ‘Bēnēdicat tibi Deus Israēlis, quīā filiūs es optimī virī, et justī, et timētis Deum, et elēēmōsynas faciētis. Effundātur quōquē sup̄ uxōrem tuam, et sup̄ p̄rēntes vestros, omnē bōnūm; et videātis filiōs vestros, et filiōs filiōrum vestrōrum usque in tertiam et quartam gēnērātiōnem. Et sēmīnī vestro bēnēdicātur a Deo Israēlis, qui regnāt p̄r cunctā sēcūlā.’ Et cūm omnēs dixissent *Amēn*, āccēsērunt ad convivium. Sēd et cum timōrē Domini nuptiārūm cōnvivium celebrārunt. *Cap. IX.*

Tōbias p̄tēr et Annā dōlēt de longā filii ābsēntiā,

Cum mōrās faciēret Tobias causā nuptiārūm, sollicitus ērāt pater ejus, dicens: ‘Cur ergo mōrātur filius meus, aut quārē detentus est ibi? An Gabāelus mortuus est, et nēmo reddēt illi p̄cūniā?’ Cōpēruntque ipsē et Annā uxōr ejus valde contrīstāri, et ambo sīmūl flērē, ēō quōd diē stātūto mīnīmē rēvērtērētur filius eōrum ad ēōs. Flēbāt igitur mātēr ejus irrēmēdiābilibus lacrymīs, atque dīcēbāt: ‘Heu, heu me, fili mī! ut quīd tē perēgrināri permīsīmus, lūmēn oculōrum nostrōrum, baculum sēnēctūtis nostræ! sōlātiūm vītæ nostræ, spem postērītātis nostræ! omnia sīmūl in te ūno hābētēs, te non dēbūimus dīmīttēre a nōbis.’ At Tobias; *Tāce*, inquīēbat, ‘et nōlī turbāri: sānus est filius noster: sātis fidēlis est vir ille cum quo eum perēgrē abire sīvīmus.’ Illā autem nullam admittēre pōtērat consōlātiōnem; sēd quōtīdie fōrās ēgressā, circumspīcēbat, et circuībat viās omnēs, p̄r quas filium suum rēditūrum esse spērābat; ut prōcūl vidērēt eum, sī fierī possēt, vēñiētē.

Ragūel generum et filiam tandem dimittit.

Intērēā Ragūel gēnērō suo dīcēbat: ‘Mānē hic, ēt ego ad patrem sālūtis tuæ nunciūm mittam.’ Cui Tobias respondēbat; ‘Dīmīttē mē quamprīmum, obsēcro; nōvī ēnim pārēntes mēōs compūtāre nunc dīēs ēt ‘ānīmō suprā mōdum crūciārī.’ Cūm autem multis verbis rōgāret Ragūel Tōbīam, nēc exōrāre ullā rātiōne possēt; trādīdit tandē ei Sāram, et dīmīdiam partem omnīum facultātum suārum, tam servōrum servārūmque, quān pēcūdum, cāmēlōrum, et vaccārum, atque ētiam pēcūniā, quā multā hābēbat. Et salvum atque gaudētem dīmīsīt eum a sē, dīcens; ‘Angēlus Domīni ‘sanctūs sit in itinēre vestro, perdūcatque vōs incōlūmēs, et invēniātis omnia circā pārēntēs vestros rectē se ‘habēntia, et vīdeānt oculus mei filiōs vestros priūsquam ‘mōriār.’ Tum pāter et māter filiam suā osculātī cum lacrymīs ābīre permīsērunt; mōnētēs eam, ‘ūt hōnōrāret sōcērōs, dīlīgēret mārītum, rēgēret fāmiliā, gūbērnāret dōmum, et sē ipsā irrēprēhēnsā exhibēret.’

Cap. X.

Rēvērūs Dōmum Tōbiās pātri vīsūm restituit.

Pōstquā pēr undēcīm diēs itinēre factō perventūm est ad urbem Charan, sītā in vīā quæ dūcēbāt Niniven, placūit Angēlo et Tobīæ ut rēliquum itēr confīcērēt sōlī quantōcius dum eos Sāra lentō grādu sēquērētur, cum omnī fāmiliā ēt jūmētīs.

Intērēā Annā sēdēbat sēcūs viam quōtīdiē in sūperciliō montis, unde prospīcēre in longīnquum posset. Et dum ex eōdem lōcō spēcūlabātur adventum filii, vīdit tandem prōcūl et illico agnōvit eum vēnientem; currensque nunciāvīt vīro suo: ‘Eccē vēnit filius tuus.’ Dixit autem Raphaēl Tobīæ; ‘Ubi dōmum introīeris, ‘stātīm ādōrā Dominum Deum tuum, et grātias āgēs ei, accēde ad patrem tuum, et osculāre eum: tum linī

‘ōcūlōs ejus istō, quōd portas tēcum, fellē piscis : scias
 ‘ēnim mox apertum īri ōcūlōs patris, visūrūmque eum
 ‘lūmēn cœli, et aspectu tuo gāvīsūrum.’ Tunc præcū-
 cūrrit cānis, qui sīmūl fuērat in viā, et quāsī nunciū ad-
 vēniēns, blandimento caudæ suæ gaudēbat. Censurgens
 vērō cæcus pāter, cœpit offendens pēdibus currere et
 datā mǎnū servo, occūrrit obviam filio suo, suscīpiēns-
 que eum, oscūlātus est cum uxōre suā, et cœpērunt am-
 bo ubērēs lacrymas fundere præ gaudio. Cumque Deum
 ādōrasset et gratias ēgīssent, consēdērunt. Deinde fel-
 le piscis linīvīt Tobias ōcūlos patris sui, et post dimī-
 diam fermē hōrām cœpit albūgo ex ōcūlis ējus quāsī
 membrāna ōvi, ēgrēdi ; quam cum filius apprehensam
 āb ōcūlis patris traxisset, vīsum ille recēpit stātim. Et
 collaudābant Deum, ipse vidēlicēt, et uxor ejus, et omnes
 qui cognoscēbant eum, dicebatque Tobias ; ‘ Bēnēdīco
 ‘tibi Domine, Deus Israēlis, quā tu castīgāsti me, et tu
 ‘sānāsti me : et ecce ego vidēo Tōbīam filiū meum.’

Vēnīt etiā pōst septem diēs Sāra uxōr filii ējus et
 omnīs fāmīlia sānā, et pecōrā, et camēli, et pecūniā mul-
 tā, prætēr eam quæ recēpīa ērat ē mǎnibus Gabaēli. Læ-
 tus narrāvit pārentibus suis Tobias omnia Dei bēnēficiā
 sibi præstītā, ōpērā illius quem itinēris dūcem habūerat,
 quēmq̄ hōmīnem esse pūtābāt. Vēnēruntque Achior
 et Nabath, consobrīni Tobīæ, gratulātum ei de omnibus
 bōnīs, quæ contūlērat in eum Deus. Et per septem diēs
 ēpūlantēs, omnes cum gaudio magno gavīsi sunt. *Cap.*
 XI.

Angēlus ōrātūs ut mercēdem accīpiat, asīerit quis sit.

His transāctīs, vōcāvit ād se Tōbīas pāter filiū dix-
 itque ei : ‘ Quid possūmus dāre viro isti sancto qui sē ti-
 ‘bi cōmītem dēdit ? Tum filiūs ; pāter, quam mercēdem
 ‘dābīmus ei ; aut quid par esse pōtērit ējus in me bēnē-
 ‘ficiīs ? Duxit me sānum et rēdūxit : pecūniā a Gabā-
 ‘ēlo ipse recēpit : uxōrem ut hābērēm fēcīt, et dāmō-
 ‘nīum ab eā compēscaūt : gaudīum pārentibus ējus tū-
 ‘lit : nē ipsē a piscē dēvōrētur cāvīt : ut tū cœli lūmīne

' frūi rursus possēs prōvīdit : dēnique omnibus bōnīs pēr
 ' eum replēti sūmūs. Quid ergo illi pōtērīmus rēpendere
 ' dignum his? Sēd pēto a te, pātēr mī, rōgēs eum, ut
 ' dignētur dīmīdiām eōrum partem, quæ a nōbis allātā
 ' sunt, sibi assumere.' Igītur utērque accersītum et se-
 ' orsum abductum Angēlum rōgāre cōepit, ut acceptum
 ' habere non dēdignārētur dīmīdiū eōrum, quæ e Mē-
 ' diā rētūlērānt. At ille dixit eīs occultē ; ' Bēnēdīcite
 ' Deō cœli, et cōrām omnibus vīventibus collaudāte eum:
 ' quīā suam in vōs mīserīcōrdiām ostendit. Arcānā quī-
 ' dē m rēgum sīlentiō tēgēre bōnum est : sēd ōpērā Dei
 ' rēvēlāre, et pālam confītēri, ac prædicāre, pēr hōnōrīfi-
 ' cum. Bōnā est ōrātio cum jejūnio, et ēlēēmōsynam
 ' ērōgāre sātiūs est quām thesaurōs auri rēcondere : quō-
 ' nīam ēlēēmōsyna ā mortē libērāt, et ipsā est quæ pur-
 ' gāt peccāta, conciliat nōbīs Dei mīserīcōrdiām, et vitam
 ' æternam p̄rīt. Qui autem pēccant, hostes sunt animæ
 ' suæ. Manifestābo ergo vōbis vērītatem, nēquē vōs quæ
 ' occūltā sunt cēlābo. Quando ōrābās cū lacrymīs, et
 ' sēpēliēbas mortūōs, et dērēlīcto prandīō tuo occīsos ab-
 ' scondēbas pēr diem in ædibus tuīs, et noctē sēpēliēbas
 ' eos, ego obtūli p̄ccēs tuas Domino. Et quīā accēptūs
 ' ērās Deo, nēcēsse fūit ut tentatio probaret te. Et nunc
 ' misit me Dominus, ut cæcītāti tuæ mēdērēr, et Sāram
 ' uxōrem filii tui a Dæmōniō libērārem. *Ego enim sūm*
 ' *Raphāel Angēlūs, unūs ex septēm qui astāmus antē*
 ' *Dominum.*'

Cælum repetit Angelus Raphael.

Cum hæc utērque Tōbīas audīssēt, turbāti sunt, et trē-
 ' mētēs in terram prōni cēcīdērunt. Dixītque eīs Angē-
 ' lūs ; ' Pax vōbīs nōlīte tīmērē. Etēnim cū vōbīscūm
 ' versārer, Dei vōlūntāte versābār. Quāprōptēr grātias
 ' ei agīte, et nōmen ējus laudibus extollīte. Vidēbar quī-
 ' dem hōmīnum mōre mandūcāre et bībēre : sed ego cī-
 ' bō et pōtu, qui hūmānis ōcūlis cerni non possunt, ūtōr.
 ' Tempūs autem est nunc ut ad eum rēvērtar a quo mis-
 ' sus sum. Vos bēnēdīcite Deo, et narrāte omnia mīrā-

‘bilia ejus.’ Cùm hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, nec ultrâ comparuit. Tunc prostrati per horas tres in faciem, debitas Deo gratias et laudes rependerunt; deinde e terrâ exsurgentes, opera Dei magnâ et admirandâ celebraverunt. *Cap. XII.*

Tobias pater Deo gratias agit, et futurâ prædicat.

Apertens autem Tobias senior os suum, benedixit Domino, dixitque; ‘Magnus es, Domine, in æternum et in omnia sæcula regnum tuum; quoniam tu flagellas et salvas, deducis ad inferos, et reducis, et non est qui effugiat manum tuam. Laudate Dominum in conspectu gentium, filii Israël: quoniam ideo dispersit vos inter gentes quæ ignorant eum, ut enarratis mirabilia ejus, easque doceatis nullum esse alium Deum omnipotentem præter eum. Ipse castigavit nos propter iniquitatem nostras, et ipse salvos faciet nos propter misericordiam suam. Convertimini itaque qui peccatis, et opera justa facite coram Deo, sperantes fore ut vobis veniam concedat.’ Addidit et alia Tobias prophético spiritu afflatus de fine captivitatis Israëlitarum, de futurâ gloriâ urbis Hierosolymæ, atque etiam de Christiænæ Ecclesiæ splendore. *Cap. XIII.*

Mors utriusque Tobiae.

Cæterum quinquaginta et sex annos attigerat Tobias cùm lumen oculorum amisit, sexagenarius verò recepit. Et postquam a cæcitate liberatus est, vixit annis quadraginta duobus, per quos in gaudio fuit, multum proficiens in timore Domini, et vidit filios nepotum suorum. Sub horam autem mortis suæ vocato ad se Tobia filio, et septem juvenibus filiis ejus nepotibus suis, cùm quædam vaticinatus esset de instauratione urbis Hierosolymæ, dixit; ‘Audite, filii mei, patrem vestrum. Servite Domino in veritate, et inquirete et faciatis quæ placita

‘sunt illi. Filiis quoque vestris mandate, ut faciant opera
 ‘justa ac elemosinas; sint memores Dei et benedicant
 ‘ei omni tempore ex toto corde, et ex totis viribus suis.
 ‘Nolite, filii, manere hic; sed quacunque die sepelietis
 ‘matrem vestram juxta me in uno sepulchro, statim di-
 ‘rigite gressus vestros, ut exeat hinc. Prope est enim
 ‘interitus Ninive, et iniquitas hujus urbis finem dabit ei.’

His dictis, mortuus est in pace, cum compleret annos
 centum et duos, et a suis honorifice sepultus est in urbe
 Ninive.

Post obitum patris et matris, abcessit Tobias ex urbe
 Ninive, cum uxore sua et filiis, et filiorum filiis, et re-
 versus est ad soceros suos. Invenit eos in aetate admo-
 dum provecta incolumes. Curam eorum gessit, et ipse
 clausit oculos eorum, et omnem hereditatem domus
 Raguelis solus percipit. Vidit filios filiorum suorum in
 quintam usque generationem, atque ab iis post comple-
 tos annos nonaginta novem in timore Domini cum gau-
 dio sepultus est. Omnis autem cognatio et progenies
 ipsius in bona vita sanctisque moribus et studiis sic per-
 mansit ut accepti essent tam Deo quam hominibus.
Cap. XIX.

SELECTÆ
E LIBRIS APOCRYPHIS
HISTORIÆ.

PARS SECUNDA.

Oniæ summi Pontificis Piētās, et Simōnis perfidiā.

LEGES patriās ac dīvīnas rēligiōsè servāri curābāt Onias summūs Pontifex ; et ējus piētās sic ēmīnēbat, ut vicīnis etiā gentibus admīrātiōnem mōvēret. Hinc ipsi Principēs et Rēges, qui dēos falsos cōlēbant, templum Hierosōlymæ summō hōnōrē dignum dūcēbant, et amplīs dōnīs dēcōrābant. Mēmōratur in primīs Seleuci cognōmīne Philopātōris mūnificentia, qui suppēditābat omnes sumptus ad sacrificia pertinentēs. Sed placīdam, quā sanctā cīvītās fruēbātur, pācem turbāvit Simōnis cuiusdam atrox perfidiā ; pārūmque abfuit quīn suām dīvīno cultūi majestātem dētrāherēt.

Cūm hic templō custōdiēndo præpōsitus inīquum aliquid mōlītus esset, et invictam ānīmi vim Oniæ cōnātibus suis obsistentis esset expertus ; confūgit ad consuētās mālis hōmīnibus artes, vindictam et calūniam. Itaque eārum pēcūniārum, quas adēo dīlīgēti cūrā servāri oportēbat, prōdītor factus, ādiit Apollōnium, Cœlesyriæ, et Phœniciæ, eō tempore præfectum à Seleuco, dixitque : ‘ Immensā auri et argenti cōpiā rēfertum esse ‘ Hierosōlymis ærārium. Pēcūniā sautem illās non ad ‘ sacrificia, sēd ad commūnes belli et pācis ūsūs esse de-

‘stīnātas; et ēas omnēs in pōtēstātē rēgis vēnīre fā-
 ‘cile possē, mīnimē prōptērēā immūnūtā, quam Judæo-
 ‘rum Dēo rex ipsē præstābat rēvērēntiā.’

Machab. Lib. II. Cap. 3.

Heliodorūs ad diripiendōs Templi thēsaurōs mittitur.

Hæc ubi ab Apollonio delāta ad se audīvit Seleucus, vērā ne an falsā essent non quærens, sed pēcūniarum illarum cupiditāte incensus, accītum Heliodorum ærarii sui custōdem mīsīt cum mandatis ad eas aufērendas. Ille itēr stātīm aggressus est, [*An. M. 3828,*] sīmūlans quīdem sibi in anīmo esse cunctas Cœlesyriæ et Phœniciæ urbes obīre et perlustrāre, rēvērā autē jussa regis de thēsauris templi aufērendis exēcūtūrus. Bēnignē exceptus Ierosōlymis à summo Sacērdōte, narravit de dāto indīcio pecuniarum, et cujus rei gratiā vēnisset, apēruit. Tum ille Heliodoro respondēre, ‘Partem unam pecuni-
 ‘arum illarum destinātam esse ad sublēvandam viduarum
 ‘et pupillorum egestātem, altēram esse vīri cujusdam in-
 ‘ter cīves valde emīnentis, Hircani Tobix: Ceterūm
 ‘vix quadraginta talentā argenti et ducentā auri rēcondi
 ‘in iis thēsauris, quos impius delātor Simon verbis tan-
 ‘topēre exaggerasset.’ Deinde addidit, ‘Plane indignum
 ‘esse eos falli spe suā qui existimāvērunt res suas in ar-
 ‘ce tutissimā collocātum iri, si eas credidissent templo
 ‘per unīversum orbem sanctitāte sua ac majestāte cele-
 ‘brāto.’ Instāre contra Heliodorus. ‘Regiis mandātis
 ‘sīnē ulla cunctatione parendum esse, et illam auri ar-
 ‘gentique vim in ærārium rēgis tōtam esse dēfērendam;
 ‘seque prōptērēā certō,’ quam indixit, ‘die, templum
 ‘ingressūrum.’

Luctus urbis viso auditoque Heliodoro.

Quā rē audītā, ingens ērat in civitate trepidatio, et idem fermē tumultus idemque pavor, qui obsessarum aut captarum esse urbium sōlet. In communi omnium luctu aliorum ploratus et miserabīles vōces exaudiebantur; alios silentium triste et ingens mœstitia quāsi attonitos tenebat. Nulla ætas, nullus sexus doloris expers

erat. Mulieres ciliciis pectus accinctæ platæas implēbant et vicos pervagābantur, Virgīnes antehac dōmi conclūsæ, aliæ ad Oniam, aliæ ad templi mūros concurrēbant, unīversæ protendentes mănūs in cælum. Sacerdōtes ante altāre cum stōlis sacris prostrāti, jācente circum innumērābili cīvium turbā, qui è suis ædibus grēgatim confluxērunt, publicā supplicatione obsecrābant omnīpōtentem Deum : ‘ Ut qui de depōsītis ōlim legem tulērat, iis pecunias suas intēgras conservāret qui illas in lōcō sancto depōsūerant ; neque sineret dōmum suam sacrilēgō latrocinio spoliāri.’ Emīnēbat in Oniæ Ponīficis vultu atque habitu acerbissimus, quo mens ejus conflictābatur, dōlōr. Exsanguis ocūli, labia trementia, pallor genis incubans, horror totius corpōris, certā mæroris pectore infixi indiciā ērānt, et civium faciem ejus inspicientium ocūlōs ac mentes mīsērē afficiēbant ac commōvēbant.

Heliodorus flagellis cæditur.

Dum commistam omnis genēris civium multitudīnem et Summum Sacerdōtem tristis angit expectatio futūri, adest furens Heliodorus ; quod decrēvērāt, peragēre aggrēditur, et multis stīpātus satellitibus ærarium templi facile sibi vidētur perfractūrus. At ecce Deus omnīpōtens manifesto miroque prodigio se loci præsīdem ac custōdem declārāt. Qui Heliodōro comītēs et scelēris adjutōres adistere ausi ērant, immīsā dīvīnītus formīdīne subīto correpti, sōlūtis vīribus ac membris corrūunt. Equus magnificis adornātus phalēris, et sessōrem habens tum aspectu terrībilem, tum armis aurēis decōrum, magno impētū irrūit in Heliodōrum, et priōribus unguīs impētītum proculcat. Nec sātis : duo juvēnes robōre exīmio, decōrā faciē, amictu splendenti, jācentem circūstant, cædunt certātīm flagellis, et multā verbērā ingērunt. Homo crebris contūsus plagis, et offūsā ocūlis calīgīne, jam non compōs mentis, in sella gestātōriā pōsītus est, atque è templo ējectus, nēmīne ex tot stipatōribus et satellitibus, quos sēcum adduxērāt, auxilium ei ferre vālēnte, adversus tam apertē cognītam Dei pōtēntiam. Jacēbat ergo ille mūtus, atque ab omni salutis spe destītūtus ; dum templum, quod paulo ante mētū et tre-

p̄datione plēnum fuērat, persōnābat lætis cantibus gratias et laudes refērentium Deo qui in tempore præsente se exhibuisset.

Orante Deum Oniā sanātur Heliodōrus.

Rogātus deinde à quibūsdam Heliodōri amīcis Oniās ut extrēmam anīmam agenti, vitam à Dōmīno donari suis precibus impētrāret, obtūlit pro hominis valetūdine hostiam salutārem; et cum Deum exōrāsset, iidem iuvenēs quibus divīna ira ministris usā erat iisdem quibus prius vestibus amicti, Heliodōro astantes, *Plurimas*, inquit, ‘agīto Oniæ Sacerdōti gratias; nam propter eum Dominus tibi vitam donāvit. Tu verò à Deo flagellātus amplissimam ejus pōtētiā omnibus prædicā.’ Quibus dictis, è conspectu abiēre, nec comparuēre amplius. Heliodōrus, hostiā oblatā, votisque magnis nuncupātis Deo, qui sibi adhuc vīvere concessisset. Oniæ gratias ēgit, et cum suis rēversus est ad Saleucum, infectā re cujus causā vēnerat. Rēfērēbat autem omnibus quæ suis ipse oculis vīdisset opērā magni Dei, et quæ passus esset. Cumque eum interrōgasset rex. ‘Ecquem censēret aptum qui dēnūo Hierosōlymam mittērētur? Si quem,’ respondit ille, ‘hostem hābēs aut insidiātōrem, eum illuc mittē, et flagellis ēgrēgiē cæsum rēcipiēs, si tāmēn ēvādēre contīgērit; eo quòd vērē sit Dei quædam virtūs in locō illo, cujus idem, qui in cælo habitātiōnem hābet præsenti suo nūmīne defensōr est, et eos qui ad violandum illum accessērīnt, percūtīt ac disperdit.’

Exercitūum in aēre congressūs conspīcīūntur.

Quo tempore Antiōchus, cognōmento Epiphānēs, ‘[id est, Illustris,]’ Syriæ rex, post Seleuci fratris excessum è vitā, sēcūndam in Ægyptum p̄fectiōnem parābat, contīgīt, ut, Ierosolymis in universā civitāte vīdērentur diēbus quadraginta discurrentes per aērā equites aurēas vestes indūti, et hastis, quāsī cohortes, armāti; equōrum per ordīnes digestorum concursus: galeatōrum hominum districtis gladiis congressūs; crebri scutōrum mōtūs

jactūsque telōrum ; micantiā auro armā, et omne lorī-
carum gēnūs. Tam inaudīto tristique spectācūlo terrī-
ti cīves Dominum rōgābant ut in bonum monstrā con-
vertērēntur. Sed calamitātis quæ urbem brēvi oppres-
sūra esset, prænuntia et certā signā ērant.

Antiōchi Epiphānis crudēlitas atque impietas.

Antiōchus nullam ob causam idōnēam suspicātus Ju-
dæos suam societātem desertūros, effērāto adversus eos
anīmo reversus est ex Ægypto, et in urbe Hierosolyma,
quam armōrum vi cēpit, nullā mali faciēs dēfūit. Per
omnes enim ordīnes ætatesque militis crudēlitas ac li-
centia, rēge non permittente solum, sed etiam impērante,
vagābātur. Cæsi ergo passim occursantes in viis, aut,
effractis ædium portis, trucidāti, puēri pariter ac juvēnes
sēnesque, cum muliēribus et virgīnibus : adeo, ut, octo-
ginta hominum millibus intra trēs diēs interfectis, qua-
draginta etiā millia vinctā sint, et tōtidem venumdātā.
Lib. II. cap. 5. A. M. 3834.

Non crudēlitate tantum, sed etiā impietate grassātus
est Epiphānes. Sanctissimum totius orbis templum in-
trāre ausus, ductōre Menelāo lēgum simul et patriæ prō-
dītōre, scelestis manibus corrīpiens contrectābāt indignē,
et contaminābat vasā sanctā, quæ a diversis rēgibus ac
cīvitātibus ad ornātum et majestātem locī, fuērant con-
secrātā. Quinīmo commīnuēbat aliā, sēcum asportandā
sēponēbat. Quod quā impūne faciebat rex impius, anī-
mo supra mōdum elātus ac sūpērbians, nihil sibi jam
nēfas esse pūtābat, terramque navibus pervīam, et pelā-
gus pēdibus calcābile effectūrum sē sibi persuasērat, dē-
mens, qui non intelligēret propter peccātā incolentium,
urbi irātum esse Dominum, eoque locō sanctum despec-
tū habitum fuisse, ac violātum. Nisi enim illi multa
peccāssent, gravissimas sacrilēgæ audaciæ pēnas dātū-
rus fuerat Antiōchus, tam malē hābitus, et iisdem excep-
tus flagellis, atque Heliodōrus, Verūm non propter lō-
cū gentem, sed propter gentem locum Deus elēgērat.
L. 2. c. 5. L. 1. c. 1.

Antiöchi Epiphaniis Præfetti Judæos omnibus malis vexant.

Ablātis è templo mille et octingentis talentis et vasōrum cæterarumque rerum sacrarum pretiosissimis, Antiöchīām in urbem regiam reversus est Antiöchus Epiphānēs; sed ut etiā absens atröcissimum sē Judæis hostem exhibēret abiens rēliquit Hierosolymis, aut deinde in eam urbem mīsit plūres Præfectos mōribus sē ipso crudeliōres deteriōresque. Itaque nullum mali gēnus excogitari et fingi animo pōtēst, quod non perpessa sit mīsera gens. In urbe tot cladibus exhaustā, novā subinde et promiscūa virorum ac mulierum cædēs fiebat; nec lōcus ullus profānus aut sacer fusi sanguinis innoxii expers ērāt. Nemo Sabbātā et solennes dies patrios servāre, nec omnīno Judæum se profitēri audēbat. Si quas muliēres natos suos circumcidisse delātum esset, eæ, infantibus ab uberibus aut cervīce suspensis, cūm publicē per civitatem fuissent circumductæ, è muris præcipitabantur. Natāli regis die adigebatur pōpulus, cogente durā necessitate, ad impiā sacrificia: et, cūm Libēro sacra fiērent, cogēbatur hedērā coronātus incēdere. Qui inventi essent libri lēgis Dei, discerpēbantur stātim, aut combūrebantur.

Pollūebātur templum luxūriā et comessionibus scortātōrum ac meretricum in sacrātas ædes infērentium quæ non licebat; et, quo veri Dei cultōribus nihil luctuōsius, abominandæ Jōvis Olympii imāgini super altāre Domini impōsitæ thurā incendebantur. In omnibus quoque civitatibus Judæ aræ passim ērectæ. Itaque diēs festi Hierōsōlymæ conversi sunt in luctum: Sabbāta in contemptum, et hōnōres in nihilum abiēre: priōri gloriæ successit pār ignomīnia: et quantū in sublīme ēvecta fuērat, tantūm depressa est.

Cūm tot malōrum conspectum ferre non possent cīvēs; alii aliō, quantū licuit, dilapsi sunt: sicque urbs indigēnis peregrīna facta est, et aliēnigēnis relicta habitānda. Quīdam, quā sēcundūm rēgis mandāta propōsita erat mortis pœna profānos gentium rītūs non accipientibus, illis sacrificiis aut cibīs sese contaminārunt, neque patrium sōlum mutavērunt. Quīdam contra inter sæ-

vissimos cruciatus animam exhalare maluērunt, quam sanctam Dei lēgem ulla in re infringere. *L. 2. c. 5 et 6. L. 1. c. 1.*

Egrēgiā Eleazāri sēnīs mors.

Ad mortem piē fortiterque subeundam magnum juvenibus pariter et senibus incitamentum fuit invicta Eleazari in patriis institutis servandis constantia. Erat hic unus e primoribus scribarum, vir ætate proventus, et vultu decorus: qui cum vi multâ aperto ore compelleretur edere porcīnam carnem, certus non admittere illicita propter vitæ amorem, et gloriōsâ morte defungi festinans, ultrò ibat ad supplicium. Adērānt nonnulli antiquā cum senē amicitia conjuncti Judæi, qui tum iniquā in eum miseratione commoti, seductum seorsum rogābant. ‘ Ut degustatis carnibus quas allātūri essent, et quibus ei vesci licēbat, impēratas a rēge carnes cōmēdi a se simūlāret, hoc pacto a crudelissimā, quæ immīnēbat, morte liberandus.’ At ille, damnatā, amicōrum sæva humanitate, et repūtans quid a se ingēnita animi nobilitas, quid vitæ usque ad canitiem prōductæ intēgritas, quid condītārum a Deo lēgum sanctitas postulārent, respondit citò, ‘ Se tali simulationi mortem anteferre. Non enim,’ *inquit,* ‘ ætate nostrā dignum est fingere, et propter modicum vitæ tempus maculam atque execrationem nōmīni nostro contrahere. Absit, ut, simūlata illā, quam mihi suadētis, interdictōrum cibōrum degustatione, adolescentes, decīpantur, arbitrantes, Eleazārum nonaginta annos natum ad aliēnigēnarum mores ac ritus transfūgisse. Istā quīdem ratione iis quæ instant, hominum suppliciis eripiar, sed omnīpōtentis Dei manus nec vīvus nec mortuus effūgiam. Si verò prompto animo ac fortiter pro venerandis et sanctissimis lēgibus nostris occubūero, hōnēstum dignumque senēctūte meā vitæ exitum vidēbor sortitus, ac adolescentibus non inūtile exemplum relīnquam.’

Eorum qui paulò ante mītiōres vīsi fuērānt, conversa in iram misēratio est, propter Eleazāri verbā, quæ ab eo per arrogantiam et contumāciam prolāta interpretabantur. Et confestim ad supplicium abstractus est. Cum

autem rēpētītis ictibus contūsus, et multīplīci plagā saucius, ultīmum spīritum esset emissūrus, ingemiscens, dixit; ‘Tibi, Domine, qui habēs sanctam scientiam, plānē notum est me, cūm a morte liberārī pōtuissem, duos nunc dōlōres corpōre sustinēre; at eundem mente libēnter hęc perpēti propter tīmōrem tuum.’ Et ille quīdem hoc mōdō vitā decessit unīversæ genti mēmōriam mortis suæ ad exemplum virtūtis et fortitūdīnis rēlinquens. *L. 2. c. 6. An. M. 3837.*

Septem fratrum et matris eorum cruciatus.

Rēcentibus sēnis vestīgiis instistens septem fratres qui vulgo Machabæi appellantur, eandem in servandis patriis lēgibus anīmi constantiam ostendērunt. Et iis sunt excruciatī supplicīis quibus fērēndis mīnīmē pār esse eorum ætas vīdebatur.

Cum illos unā cum matre comprehensos, et flagris ac taurēis immānter cæsos nulla vis cōgēre pōtūisset ad vescendum contrā fas suillā carne; dixīssētque eorum natu maxīmus, ‘Se fratresque suos pārātos esse mōrī māgis quam patrias divinasque lēgēs perfringēre;’ rex fūrōre percītus sartāgīnes et ollas ænēas igne multo succendi jussit. Tum ei qui prior fuērat locūtus, ampūtārī linguam, et cūte capītis abstrāctā; summas quoque mānūs ac pēdēs præcīdī; dēnīque omnibus membris fœde multātum, et adhuc spīrantem, torrēri in sartāgīne. In quā cum diū cruciarētur cætēri ejus fratres, qui cum matre tristissīmō spectācūlō adērant, se invicem ad mortem fortīter tolērandam hortābantur.

Mortūo illo prīmo, sīmilia tormēta eōdem anīmo pertrūlit sēcundus et extrēmum āgēns spīritum, rēgi dixit: ‘Tu quīdem, scelestissīme, præsentem nōbis vitam cripis: sed rex mundi mortūos nōs pro suis lēgibus ad æternam vitam dēnūō suscītābit.’

Post hunc tertius tortus est, et linguam postūlātus cito prōtrūlit; mānūsque pārīter protendens dixit: ‘E cælo accepta hęc possīdeo; sed propter Dei lēgēs nunc hęc ipsā abjicio: quōniam ab ipso me ea receptūrum spēro.’ Itā ut rex et qui cum ipso adērānt, mīrārentur adolescentis anīmum qui pro nihīlo dūcēret cruciatūs.

Hoc quōque extincto, quartus qui iisdem est dilaceratus suppliciiis, mortis proximus, dixit: 'Nobis letho ab hominibus tradi optabile est, cum firmā spe expectantibus nos divinitus aliquando suscitatum iri. Tibi verò ad vitam *resurrectio* non erit.'

Cum quintus inter carnificum manus constitutus torqueretur, regem respiciens; 'Magnā,' inquit, 'potestate abuteris quam inter mortales mortalis ipse adeptus es: et quod lubet impotenter facis adversus Judæos quos a Deo omnino derelictos existimas. At tu divinae potentiae magnitudinem cum tuo tuorumque damno brevī ipse experturus es.'

Similiter et sextus verbis ceterisque tormentis penè enectus, infirmam vocem attollens: 'Noli errare' inquit, 'ô rex, aut, quod tibi tantum in nos licuerit superbire. Nos enim propter nosmetipsos hæc patimur, ut qui in Deum nostrum peccaverimus. Tu autem nē existimes tibi impune futurum, quod contra Deum pugnanare tentaveris.'

Intèr hæc supra modum mirabilis et sempiterna apud bonos omnes memoriā dignā juvenum illorum mater, pereuntes unō die omnes filios conspiciere sustinebat, propter spem in Domino collocatam, et non intuens quam vitam finirent, sed quam inchoarent, singulos hortabatur, maternæ charitati masculinum animum addens, docebatque, 'Totius mundi Creatorem, qui eorum membrā in materno utero ipse compegerat, iisque sicut olim primo homini, spiritum vitamque dederat, cuncta illis benigne redditurum, quod et corpus et vitam vilia haberent propter ipsius leges.'

E septem fratribus unus supererat natu minimus. Quem Antiöchus, qui metuēbat nē probro sibi futurum esset, si et regiā potentiā et tormentis adversus ætatem infirmam nihil omnino profecisset, non solum verbis hortari cœpit ut imperata faceret, sed etiam adhibito iuramento affirmavit fore ut eum divitem beatumque redderet, et haberet pro amico, si a patriis legibus descisceret. Quibus cum nihil moveretur adolescens supra ætatem fortis, et piē contumax; accersitam matrem multis verbis compellavit rex, ut filio, qui orbitatis solatium futurus esset, salutem afferret, utilia suadendo. Id se præ-

stītūrā illa prōmīsīt; et crudēlem tyrannū irrīdens, filium vērō blanda oratione adhortans: ‘Mīsērēre,’ inquit, ‘fili, matris tuæ, quæ te per nōvem mensēs utēro gestavit, nato lac suū per triennium præbūit, et omnī curā innutrītum usque ad adolescentiam perduxit. Nē mē hunc acerbissimū dolōrem oculīs haurīre sīnās, ut te carnificēs formīdantem, et a fraternā fortitudīne degēnērem vidēam: æmulāre eam potius, pārem ac illi et mater mercēdem consēcūtūrus a Domino. Unum cœli et terræ Creatōrem respice ac tīmē: hominū vērō promissā ac mīnas aspernāre.’

Adolescenti sātis jam per se incītātō nōvōs ad mortem alacriter fērēndam stīmūlos admōvit materna adhortatio. Itaque, ‘Non rēgis,’ inquit, ‘sed lēgis quæ nobis pēr Moysēn dātā est, præcepto obēdiō.’ Tum conversā oratione ad Antiōchum; ‘scēlestum et omnium hominū flagitiosissimū vōcāns, qui mālōrum cuiusque mōdi in Hebræos inventor, servīs Dei violentas mānūs infēret; eum vanā impunitatis spe decipi dixit; Non enim Dei omnīpōtentis et cuncta aspicientis iudiciū atque iram vitātūrum; sed et dēbitas superbīæ ac crudelitātī pœnas dātūrum, et inter dūros cruciātūs tandem confessūrum, illum esse solum Deum. Ego verō, inquit, fratresque mei brēvem dōlōrem propter peccāta perpessi, æternā vitā, promisso dīvinæ lēgis cultōribus præmio, dōnābimur: et cœlestis ira, quæ in unīversam gentem Judæam justè effūsa est, meo fratrumque meōrum sanguīne quamprimum placābitur.’

Sed derīsū esse acerbe fērēns rex: et pudōre pārīter atque ira confūsus quōd ab inermi adolescentūlo multorum pōpūlorum victor devictus esset: in hunc crudēlius quam in cætēros dēsavit, et in Domino ad ultimum usque vitæ termīnum confidentem morte sævissimā fratribus cōmitē adjunxit.

Fortissimorum Athlētārum funēri supērstēs restābat gēnērōsi spīritūs plenā mater, quæ cū certāminis non spectātrix tantūm, sed etiā adhortātrix fuisset tormenta quæ singūli filii tōtō corpōre pertulērunt, ipsā oculīs ac mente perpessā erat, et in septem *martyribus* septiēs fuērat factā martyr. Tandem quos ad Deum præmīsērat, subsēqui festīnāvit: et viam filiorum sanguīne con-

spersam ingressã, virilēs animos in morte oppētenda gessit, insigni viris ac mulieribus documento, ‘Pro asserenda sacræ religionis vērītate, fuso etiã, si necesse sit, sanguine aliquãdo esse decērtandum.’

Cætērùm sacēr Scriptōr, enūmērātis calamitātibus quibus Judæa vexāta est, obsēcrat eos qui librum suum lectūri sunt. ‘Nē propter adversos gentis casūs animum despondeant; sed repūtēt illos ad castigatiōnem ejus duntaxat, non vĕro ad intēritum, accēdisse. Etēnim ‘magnum Dei bĕnĕficiū est,’ inquit, ‘cūm eos qui peccant, non multo tempore ex arbitrio agere sinit, sed statim eis pœnas irrōgat. Itāque Dominus, qui pātienter fert alias natiōnes scēlĕrã scēlĕribus addere, tum graviter pūniendas cūm jūdicii diēs advēnerit; in Judæos, gentem suam, jam nunc sālūtāribus pœnis pro suã mīserīcordiã animadvertit.’ L. 2. c. 7.

Mathathia et filiorum ejus pietas ac fortitudo.

Quo tempore urbs Hierōsōlyma omni clade vastabatur, secessit in oppidum Modin Mathathias Sacērdos cum filiis quinque, Joanne, Simōne, Juda, Eleāzāro, et Jonatha. Cum ibi repūtassent quæ hominum cujusque ætatis cædes in sanctā civitate facta esset, quæ vasōrum sacrorum direptio, quæ Templi antehac intacti sacrilĕga violatio: eos ingens dolor, et ex eo vitæ tædium cēpit; exclamantesque, ‘Quo ergo nobis adhuc vīvĕre!’ sciderunt vestimēta sua, opĕruerunt se ciliciis, et luxērunt valde.

Venĕre tunc qui à rege Antiōcho missi ērānt ut cōgĕrent eos qui confūgĕrant in urbem Modin, hostias diis gentium mactāre et thūra incendĕre. Quorum mīnis multi Israēlitæ fracti, à lege Dei turpiter discessissent. Mathathias et filii ejus non facīle mōvĕri posse vīsi sunt. Itāque rēgī ministri Mathathiam tum blandis verbis, tum magnis promisis aggrēdiendum rāti, eum ‘et Principem et clarissimum totius civitatis virum.’ Vocitantes, hortabantur ‘ut rēgia jussa, quibus et Hierōsōlyma et Juda, et omnes gentes paruisent, ipse quoque exēquĕretur, amplissimis proptĕreã mūnĕribus, multo auro argentōque dōnandus sicut et filii à rēge, et inter ejus amīcos

‘nūmērāndus. At ille sublāta vōce respondit ; ‘ Si omnes gentes rēgi Antiōcho obēdiant ; si cunctus Israēl, neglectis patriis lēgibus, rēgiis ēdictis pārēat ; ego tāmen, et filii mei, et fratres mei, à patrum religiōne non rēcēdēmus, neque dicto audientes rēgi ērimus ut peregrīnos ritus et sacrificia sectēmur, quæ Dei nostri mandātis adversentur.’

Vix hæc magno animo ēlōquī desiērat, cum accessit quīdam Judæus in omnium oculis sacrum diis gentium factūrus super aram sēcūndūm regis jussā. Hunc conspicatus Mathathias, sic indignatiōne commōtus est, sic pio furōre exarsit, pro eo quo ardēbat dīvinæ lēgis studio, ut in hominem insiliens trucidāvērit eum ad aram ; et viro, qui à rege missus ejūsmōdi sacrificia impērābat, eōdem tempore interfecto, aram ipsam deturbāvērit, fīdus imitātor antīqui Phineæ. Deinde cūm mēdia in urbe altā voce exclamasset, ‘ Ut quicumque tuendarum lēgum patriarum studio tēnērētur, secum exīret ;’ confūgit ipse et filii ejus in montes, quæcunque habēbant in oppīdo relictis. Illuc eum sēcūti sunt multi avītæ religionis studiōsi, ibique, propter ingruentia undīque mālā, cum liberis, uxōribus, et pecōribus habitārunt. Quod ubi renunciatum est, rēgius exercitus nonnullos eorum qui occulta deserti penetrāvērant, deprehensos pugnā laccessīvit. Quibus cūm aut lapīdem in hostem mīttēre, aut latēbras suas obstruere religio fōret propter diem Sabbāti : ad unum omnes nihil repugnantes cæsi sunt, sicque mille homines inulti pēriēre. Hāc clade audītā, Mathathias et amīci ejus tam tristem suorum casum magno luctu deflēvēre, et non mōdo non nēfās esse, sed etiā pium arbitrāti ipso die Sabbāti arma tractāre dīvinæ lēgis gratiā, constitūērunt, quicumque homīnum eos festo et sacro die adorīrētur, cum eo dimīcāre.

Confluentibus in dies majōre numēro ad Mathathiam, qui patriorum institutōrum tēnācēs erant, et certa remanentibus in urbe Hierosōlymā mālā effūgēre propērābant, spēcīmen justī exercitus effēcit. Quibus omnibus cūm animo destinātum esset vitam profundēre in assērendā dīvinæ lēgis majestāte, et profānis ritibus profligandis ; multos qui peregrīnas religiōnes et ceremōnias aut invexērant aut exercēbant, letho dedērunt, multos a-

lūm alio diffugere coegerunt. Erectas passim in agris et civitatibus aras subvertērunt. Quosunque in finibus Israëliticis pueros invēnere incircumcisos, circumcidērunt: pristinum Dei omnīpōtentis cultum pro virili parte restituērunt: et contūsā hostium suorum superbiā, non passi sunt Antiōchum ulterius crescere.

Mors Mathathiaæ.

His egrēgiis ēditis opēribus Mathathias extrēmum vitæ diem sibi instāre sentiēns, convocātos ad se filios hortātus est: ‘Ut tam misēris temporibus majōrum suorum piē fortiterque gesta æmulati, viriliter agērent, et animas pro patriis lēgibus in discrimen offerre non dubitārent, clarum æternumque sibi nōmen hāc ratiōne factūri.’ Abrahāmi, Josēphi, Davidis, Daniēlis, nonnullorumque aliorum exemplā recensuit, qui vario quisque mōdō a Deo probāti, et fidēles inventi, e maxīmis periculis liberāti ab illo fuissent, et mercēdem consēcūti; quā omnes, qui spērarent in eum, viribus non deficerent nec succumbērent adversis. ‘Ostendit quā parum metuendus esset hostis qui tunc tantā superbiā sese efferret: omnem enim illam, quā tumidus incēderet, gloriā ac pōtentiā, stercūs esse et vermem: hōdie extolli hominē impiū, et cras non invēniri: atque ut in terram, e quā sumptum est revertitur corpūs ejus, sic omnes etiā cogitātiōnes cum illo pērīre.’ Denique suasit: ‘Ut quibus quisque artibus jūvāre rem communem posset, iis uterēter, cætēris fratrum concēdentibus: Simōnem fratrem, exīmiā prūdentiā virum, parentis locō habērent, ejus consiliis obtempērantes; Judam autem Macchabæum propter fortitudinem exercitui præficērent. Quotquot usquam justos et divīnæ lēgi adictos virōs invēnissent, sociōs sibi fortissimi consilii adsciscērent; impios vērō internēcīno bello persēquērentur et vindictam in gentēs exercērent.’ Tum fausta præcātus illis, mōriens concēssit ad majōres suos. *L. 1. c. 2. An. M. 3837.*

Judæ Macchabæi laus.

Mathathiæ extincti locum successit Judas cognōmine Macchabæus: et adjuvantibus eum fratribus suis iisque omnibus qui se patri cōmitēs prius dēderant, et prælia Isrāēlis læti obībant, lorīcā vĕlut gigas indūsus, et armis bellīcis accinctus, protexit gladio suo castra Isrāēlitarum, et amplificavit gloriam gentis suæ. Opĕribus suis sīmīlis leoni factus est, et leōnis catūlo ad prædæ conspectum in venātīōne rugienti. Persēcūtus est inīquos, perscrūtans eos: et qui conturbābant pōpulum suum, eos succendit flammis. Sōlō nōmīnis ejus terrōre rēpulsī fugātique hostes sunt, et dextĕrā ejus salūtem attulit Isrāēli. Multos rēgēs fortia facta ejus exacerbāvērunt, et lætitiā perfūdērunt dōmum Jacōbi, ejusque mēmōriā æternūm celebrābitur. *L. 1. c. 3. L. 2. c. 8. An. M. 3838.*

Sēcesserat primūm Judas in desertum cum nōvem sōciis, ibīque inter fēras vitam in montibus ēgĕrat, herbis victitans, ne profāno Deorum cultu et vĕtīto carniū illis immolatārum cībo sēsē coinquinaret. Deinde in omnium, quæ supra relāta sunt, opĕrum Mathathiæ partem vĕnerat. Dēmum, mortūo eo omnia optimi dūcis munia egrĕgiē implēvit. *L. 2. c. 5.*

Apollōnīum et Seronem vincit Judas, armis et fiduciā in Deum.

Judas, collecto, ex cognātis, amīcis, et aliīs qui in Judaismo permansērant, sex millium hominū exercitū, bellum a patre susceptum persēquī non antē aggressus est, quā, fūsis præcībūs, omnes Deum obsecrārent; ‘Ut Isrāēliticūm pōpulum a gentibus conculcātum respīcĕret: ut Templī ab impiīs hominibus contaminātī et civitatīs deformātæ ac jam jam sōlō æquandæ mīserērētur: ut factārum nōmīni sancto suo contumeliārum rĕcordārētur: ut dēnīque vōcem sanguīnis innōcentiū puerorū ac muliĕrū clamantis ad se audīret, et ipse tot malōrum ultor esset.’ Tum verō Irā Domini in misericordiam conversā est: et Judas improvīsus supervēniens castellis et cīvitatibus alias succendit, alias præsiidiis firmāvit et non paucas hostiū strages ēdidit. Quī-

bus prosp̄eris iniitiis m̄oram fac̄ere cum tentāssent. Antiōchi præfecti, Apollōnius primūm, deinde Seron princeps exercitūs Syriæ, coactā magnā militum mānu, āciē cum Judā conflixerunt. Sed victus utēque est. Et ille, detractis Apollōnio, quem suā ipse mānū occīderat, sp̄qliīs, per rēliq̄uum vitæ tempus gladio ejus, publico bellicæ fortitūd̄inis monūmento, in præliis est ūsus.

Palam jactāverat Seron sē magnum sibi nōmen ex debellāto hostē collectūrum. Et Judam eī obviam euntem sciscitātī ērānt sui, qui et pauci ērant et jejūni: ‘Quōmōdō adversūs exercitum Seronis, ādēo numēro præstantem, et rerum omnium cōpiā instructum, valērent pugnā decertāre?’ At ille, cujus spēs omnis in cœlesti auxilio p̄sita erat, tum eis respondit. ‘Multos in mānūs paucōrum tradēre, et paucos e multorum mānibus liberāre, æquē facile est omnīp̄tenti Deo: quōniam non in militum numēro s̄ita est belli victoria, sed e cœlo vēnit fortitūdo. Ipsi accēdunt ad nos cum multitudīne contumāci ac superbā, ut nos cum uxoribus et lib̄eris nostris disperdant ac spoliēt: nos vērō pugnāb̄imus pro vitā et lēgibus nostris, et ipse Dominus contēret eos ante faciē nostram. Ne ergo timūeritis eos.’ Spem piē conceptam felix ēvēntus excēpit.

Antiōchus Judæam gentem dēl̄ere stātuit.

Hujus duplicis victōriæ famā vicīnas regiōnes pervagāta terrōrem ejus nōm̄inis circumtulit, et cunctæ gentes recentia illa prælia mirantes memōrābant. Ut autem Antiōcho compertum est dūcēs suos cum exercitū quemque suo fuisse devictos, irā succensus, et acceptam cladem atque ignominiam, quā cel̄riter ulcisci festīnans, m̄isit, qui ex omnibus regni sui partibus copias contrahērent; aperto ærario, dēdit militibus stipendia in annum, mandāvitque illis ut essent parāti ad omnia. Cū verō pecūniam deficēre, exhaustis thesauris suis, vidēret, et tribūta e Judæa mōdīca colligi, propter eam cladem quā ipse regiōnem illam affēc̄erat, veritus est ne in belli sumptus annūi reditus non sufficērent. Quamobrem animo valde anxius, in Persidē profficiscēndi consilium cēpit, ut, acceptis earum regiōnum tribūtis, magnam pecū-

niæ vim conficëret. Itaque cõpias partitus est cum Lysia, regii sanguinis viro, quem jussit, misso adversus Judæos exercitu, invisæ gentis reliquias contërrere atque extirpãre, nomen eorum ac mëmõriam delere, et, colonis alienigënãrum in fines illos deductis, sorte terram distribũere. Ipse assumptã altërã copiarum parte, et Antiochiã, quæ urbs rëgiã erat, profectus, Euphrãtem ponte juncto transmisit, ac rëgiõnes supëriore perambulãvit. *L. 1. c. 3. L. 2. c. 8. An. M. 3839.*

Deo in auxilium vocãto, vincuntur à Judã Nicanor et Gorgias.

Lysias, ut mandatum ei a rege fuerat, ad Judæam devastandam misit viros potentes ex amicis regis, eosdemque rerum bellicarum peritissimos, Nicanorem et Gorgiam, cum quadraginta milibus peditem et septem millibus equitum. Qui, cum propè Emmãum non longè ab urbe Hierosolymã in campestri loco castra posuissent, seque ad urbis excidium et gentis internecionem missos predicarent; intellexit Judas, fratresque, ac socii ejus majora quàm antè pericula et mala impendere. Neque tamen fracta eorum spes aut animus est. Sed sese invicem alium alius, præter paucos, adhortati sunt ad acriter depugnandum pro patriã et sacris suis. Et quia conatus omnes suos irritos futuros persuasum habebant nisi illis propitius et favens adesset Deus, convenit omnis exercitus in locum dictum Maspha contra Hierosolymam, ad deprecandum Dominum, et petendam ab eo veniam. Ibi que jejunaverunt illa die, induti ciliciis, capite pulvere consperso, discissisque vestimentis. Expandèrunt quoque libros legis ante oculos Domini, et sacerdotum ornamenta, et alia nonnulla quorum conspectu moveri ejus misericordiam posse videbatur. Tum alta voce clamantes, orarunt; ‘ut qui sciret quæ adversus populum suum congregatæ gentes et fecissent et pararent ipse eos ‘presenti auxilio adjuvaret, fatentes se non posse humanis viribus effugere eorum manus.’ Si qui nuper per domos ædificaverant, duxerant uxores, plantaverant vineas, aut erant formidolosi, eos domum suam Judas redire jussit, ex præcepto legis divinæ: ceteros rogavit, ‘ne ti-

‘mērent iniquè venientem adversum sē hostium multitu-
 ‘dinem, sed forti animo decertarent, pōnentes sibi ad
 ‘ocūlos nefariam, quæ loco sancto ab iis impiē esset illā-
 ‘ta, contumeliam itemque ludibrio habitæ civitatis injū-
 ‘riam, et prætereā patrum instituta convulsa. Hi qui-
 ‘dem, *inquit*, armis confidunt simūl, et audaciā; nos
 ‘autem in omnīpōtente Domino, qui pōtēst et venientes
 ‘adversum nōs, et unīversum mundum, uno nutu delēre,
 ‘confidimus.’ Admōnuit deinde illos de auxiliō, quod
 identidem Deus eorum patribus tulerat, maxime de oc-
 cīsīs unā nocte centum octoginta quinque millibus homi-
 num ex exercitu superbi Sennacherībi, et de centum vi-
 ginti millibus Galatārum peremptis a sex millibus Judæ-
 orum. Dēnique illos ad mortem, si itā Deo vīsum esset,
 æquo animo oppētendam excitans: ‘Accingimīnī, *inquit*,
 ‘et fortes præstāte vōs, parātique estōte ad pugnam cras
 ‘mānē eo animo ineundam, ut ad ultimum usque, si
 ‘opus sit, spīritum depugnētis. Nōs in prælio occumbere
 ‘sātius est quā et gentis nostræ et sacrōrum ludibria
 ‘diūtius perpēti. Cætērum, quæ Dei in cælo vōlūtas
 ‘est, hæc in terris fīat.’

His verbis irā hostem incensos, et animo ad morien-
 dum pro patriā et lēgibus confirmātos, ut vīdit, constituit
 duces, tribūnos, centuriōnes, pentecontarchos, decuriōnes.
 Tres quoque e fratribus suis unicuique ordīni mille et
 quingentorum millium præfēcit. Tum, lecto sancto
 libro, et datā pugnæ tessērā, *Adjutorium Dei*, ipse in
 primā aciē prælium commisit. Facto Judæis (ut spem
 illis Judas dēderat) adjūtore omnīpōtente Deo, exercitūs
 Nicanōris partem aliam cēcidērunt, aliam vulneribus de-
 bīlem, et in fūgam compulsam eò usque sunt persēcūti,
 dōnēc tempore exclusi (quippe pridie Sabbāti, pugnā
 commissā est) se recēpērunt, lectis tamen priūs hostium
 armis et spoliīs. Celebrāto diē Sabbāti, et peractis Deo
 gratiis, qui mīsericordiæ initium quāsī stillasset in eos;
 factāque ei ab omnibus obsecratione, ut se servis suis
 omnīno placātum exhiberet: partem spoliōrum infirmis,
 pueris utroque parente orbis, et viduis divisērunt, resīdūa
 ipsi habuere.

Cūm Nicanor exercitum adversus Judam e Syriā
 edūcēret, tam explorātam victoriæ spem habēbat, ut in

animum induxisset se collecturum ex pretio Judæorum, quos in pugna captos esset venundaturus, duo millia talentorum, quæ ab Antiöcho Românis pendi necesse erat. Itaque ad maritimas civitates miserat, qui emptores Judæorum captivorum convocarent, nonaginta mancipia se talento distracturum promittens, neque respiciens ad vindictam, quæ eum ab Omnipotente esset consécutura. Emendorum tam vili pretio mancipiorum spe adducti mille mercatores, in castra Syriorum advolaverant, aurum argentumque, vincula etiam et catenas afferentes. Verum ipsi aut, post ablatas sibi a Judæis victoribus pecunias, suis vinculis constricti, et suis catenis onerati, captivi abducti sunt, aut inter pugnam cæsi. Facinorissimus autem Nicânor, ab iis, quos nihili fecerat, juvante Deo, victus et afflictus, imperatoriâ veste, ne fugientem prodere, deposita: sölus, servi fugitivi more, Antiöchiam contendit, amisso exercitu, et re infelicissime gesta. Et, qui modo Judæi cædem et vincula minatus erat, prædicabat jam, 'Eos Deum patronum et propugnatorem habere, et eò invictos esse, quod sequerentur leges ab ipso constitutas.'

Victi quoque a Judæa Timothæus, Bacchides, Lysias.

Quâ fortitudine et fortuna Nicanorem et Gorgiam vicerant Judæi, eadem quoque alios Antiöchi exercituum ducēs vicerunt Timothæum et Bacchidem; et viginti millibus militum eorum, quibus illi præerant interfectis, multas præterea præaltas arcēs et munita oppida expugnarunt. *L. II. Cap. VIII.*

Quidam, ex iis qui recentibus præliis interfuerant, cum ad Lysiam evasissent, omnia ei, ut gesta erant, retulerunt. Quibus ille auditis, ingenti dolore percussus atque animo consternatus est. Videbat enim et quæ ipsè optaverat, et quæ rex discēdens mandaverat, omnia effectu caruisse. Sumpto deinde ad reparandas vires spatio, sexaginta electorum pedum millia, et quinque equitum contraxit ad debellandos Judæos. Tum statuit ipse discernere, quæ per ducēs antea missos acta erant, cuncta damnans, et ratus pluribus curam et fortitudinem, omnibus adfuisse fortunam. Venit itaque in Judæam,

et castra pōsūt propē Bethoron. Occurrit ei statim Judas, collectis ad pugnandum dēcem millibus hominum; et quanto cum exercītu res sibi fūtūra esset cernens, ‘Deus exercītūum, *inquit*, servātor Israēlis, qui mānu ‘servi tui Davidis fērōciam et rōbur gigantis contūdisti, ‘et castra aliēnīgenārum Jonathæ et armīgēro ejus tradīdisti, istum quōque hostium nostrorum exercītum in ‘mānūs populi tui Israēlis tradē. Non adjūmēto, sēd ‘damno ac pūdōri illis sint tantā cōpiārum multītudo, ‘Immittē in eos formīdīnem, eorum vīrēs atque auda- ‘ciam confringē; et dējīce eos gladio diligēntium te; ‘ut collaudent te hymnīs omnēs qui nōvērunt nōmen ‘tuum.’

His dictis, prælium commissum est. Et, Deo postū- lātam ōpēm annūente, Judas quinque hominum millia de exercītu Lysia occīdit, rēliquis tantum terrōris incūs- sit, ut in fūgam versi sint. Postquam fūsam suorum āciem vīdit Lysias, et Judæis certum delibērātumque esse sēcundūm patriā instītūtā vīvère, aut fortīter oc- cumbère: Antiochiā reversus est, eā quīdem mente, ut intentiōre curā nōvōrum militū delectum haberēt, et majōribus instructus vīribus, grāvior deinde ingrūeret. *Lib. 2. c. 4.*

Lustratur templum, et mūrīs cingitur mons Sion.

Intērēā Judas, pii ac religiōsi Pontificis munia tam sē- dulò implens, quām strēnūi militis et boni Imperatoris implēverat, Hierōsōlymam trēs jam annos a gentibus di- vexātā ingressus est cum suis, dōmum sanctam mun- dātūrus ac rēnōvātūrus. Tristis sacrārii deserti faciēs, exustæ portæ, profanātum altāre, virgultā in atriis quāsī in saltu ēnāta, vestīum et vasōrum squālor, tantum om- nibus dōlōrem mōvērunt, ut ōbortis lacrymīs misērābil- lem planctum ēdīdērint, et qui hūmi fūsi jacūerint, pul- vère capitibus aspersis, ac scissīs vestīmentīs, rōgāntes Dominum: ‘Ne ampliūs in talia māla incidērent; sed ‘si quando peccāssent, ab ipso mītiūs corrīperentur, ne- ‘que barbāris atque impiīs hominibus tradērentur.’ De- inde designatis qui adversūs hostiūm præsīdium, quod arcem insēderat, pugnārent, dōnēc lustrātum fuisset tem-

plum; et dirūtis aris ac delūbris, quæ aliēnīgēnæ in plātēis exstruxērānt; restitūendo Dei cultui cūrā impensa est. Tum delecti Sacerdōtes mōrum innocentīā et divīnæ lēgis studio conspīcūi, quorum consilio atque ōpērā alia mandāta tantūm sunt, aliā vērò dīrūta aut sublāta, et in eorum lōcum nōvā ædificāta aut illāta. Quæ cūm religiōsè cuncta cūrāta fuissent, magnā totius pōpūli frēquentiā ac lætitiā, clangentibus tubis et cujusque mōdi fidibus perstrēpentibus inter omnium gratulationes et vōtā, altāris recens erecti dēdicātio facta est, atque oblāta Domino holocausta mensis noni die quinto et vīgesīmo; quo quīdem diē ante triennium altāre holocaustōrum fuērat impiē contāmīnātum. Hujus porrò solemnītātis mēmōriā ut apud postērōs æterna permānērēt, stātūtum sanctūmque est anniversārium fōrē, et per octo diēs cum lætitiā et gaudiō celebrandam.

Lustrāto templo, rebusque sacris feliciter instaurātis, providendum fuit ut id bōnum Judæis perpētūm fōret. Itāque ne quando venīrent gentēs, et cādē quā antēā impiētāte grassārentur in lōcō sancto, mons Sion altis muris firmisque turribus circumspectus est. Bethsuram quōque, quinque tantūm stadiōrum intervallo ab Hierōsōlymis distantem, muniērunt, ut adversūs Idumæam arcis instar esse posset. *Lib. 1. c. 4. An. M. 3840.*

Judam fugnāntēm missi ē celo ēquītēs tūentūr.

Ut audiērunt vicīnæ gētēs altāre et sacrarium Domini esse in intēgrum restitūtā, vehemēter indīgnatæ, cūm de excīdēdo Judæorum gēnere, quōd in iīs regiōnibus dispersum habitābat, consilium inīssent, alios aliā ratiōne partem apertā vi, partim insīdiīs, pērīmēbant. Quam gentis suæ clādem ne inultam sīnērent Judas et Simon frater ejus, partītis inter se cōpiīs, hic in Galilæam, ille in Galaaditem et Idumæam, diversi abiērē. Tum multis urbibus expugnātis, factisque præliis sēcūndis, quæ singulā rēcensere longum esset, utērque in urbem Hierōsōlymam victor rēdiit. Magnamque Judæorum multītūdīnem hostīum fūrōri ēreptam postquam incōlūmem rēduxissent, ascendērunt omnes lætitiā exultantes in Montem Sion, et obtūlērunt hōlocaustā, gratias āgentes Deo. *L. 1. c. 5.*

Porro quàm præsens adesset Deus pugnantì Macchabæo, maxime intellectum est in alterâ pugnâ, quæ circa hæc tempora adversus Timothæum antea jam victum contigit. Nam cum Macchabæani milites deprecati Dominum essent, terrâ capti injectâ, lumbos ciliciis præcincti, et ad altaris crepidinem provoluti. ‘ Ut sibi propitius, inimicis verò suis inimicus esset;’ sumptis post præcationem armis, ab urbe processere longius, et ubi propius hostem ventum est restitère. Primo solis ortu utriusque prælium iniere: illi quidem victoriæ sponsorem, cum virtute Dominum, isti verò unum belli ducem animum, habentes. Cum vehemens pugna esset, apparuerunt hostibus e caelo insignes quinque viri equis auro frænatis insidentes, ex quibus duo Macchabæum medium habentes, armis suis circumseptum incolumem servabant, in hostes autem telâ et fulmina jaciebant. Ex quo illi occacatis oculis, et percussis mentibus, ad viginti quinque milliâ interfecti sunt. *L. 2. c. 10.*

Antiöchus a Deo percussus moritur.

Dum hæc in Judæâ geruntur, Antiöchus, quem in Persidem profectum supra memoravimus, audivit civitatem Elymaidem, quæ Persæpolis quoque dicta est, omni divitiarum genere abundare, et templum esse in eâ opulentissimum; ubi velamina aurea, et loricas, et scuta Alexander magnus reliquerat. Illum urbem capere ac deprædari aggressus est, nullam esse viam expeditiorem ratus ad magnam pecuniæ vim comparandam, quæ suscepti itinæris causâ fuerat. Sed civibus, quibus regis consilium innotuerat, ad arma currentibus, vi repulsus, et in fugam versus, Babylonem contendit. Quò prius quàm perveniret, ad eum, quem turpis fuga afferēbat, pudorem ac mœrorem, gravis nuntius accessit: ‘ Exercitus suos repetitis cladibus a Judâ fuisse profligatos; accisas itaque vires suas esse, auctas verò hostium, qui et castra omni opulentiâ referta diripuissent, et erectam ipsius jussu Jovis Olympii aram subvertissent. Templum quoque et Bethsûram excelsis muris sepsissent.’

Tristitiâ atque irâ amens rex currum suum celèrius agi jussit, cœlesti eum iudicio perurgente: et vindictam

ac cædem spīrans adversus Judæos, ‘Sē perventūrum
 ‘Hierōsōlymam, atque eam urbem sepulchrum commū-
 ‘ne Judæorum factūrum *mīnābatur.*’ Sēd, qui unīversā
 conspīcit atque audit, Deus, eum vix dum finīto sūperbo
 sermōne percussit plagā insanābili, itā ut eum stātim
 acerbīssīmi viscērum dōlōres ac tormentā corrīpūerint.
 Et quīdem admōdum justē: quōnīam ipse multis et nō-
 vīs cruciātibus aliōrum torsērat viscēra. Cū tamēn ni-
 hil proptēreā e solītā ferōciā rēmittēret, et ad disperden-
 dam Judæorum gentem aurīgam jubēret itēr accēlērāre,
 e curru, præcipiti impētū fērēbātur, effūsus grāvi casu
 concīdit, et sævos, quībus discruciabātur, dōlōres novus
 collīsōrum totius corpōris membrōrum dōlōr grāvāvit.
 Tum vērō qui paulō ante supra hūmānæ pōtentiæ mōdum
 sūpērbīā elātus, sibi vīdēbatur mārīs fluctibus impēratū-
 rus, montes altīssīmos in statērā appensūrus, et vertice
 sīdēra contactūrus, is jam in hūmum dejectus, nēque
 currūs, quo mōdō sublīmis ferēbātur, agitatiōnem per-
 pēti vālēns, in hūmīli gestātōrio portābātur; atque om-
 nibus conspiciendam præbēbat in sēmētipso pōtentiā
 Dei tantam, ut tōtum impīi corpus scatēret vermībus,
 carnēsque inter dōlōres et cruciātus effluērent, et vīvi ca-
 dāvēris teterrīmum fætōrem nec gestatōrēs, nec exercī-
 tus, nec ipsē quīdem dēnīque ferrē posset.

Ibī dēnum cœpit, excussā quæ hactēnus mentem vėl-
 ūti grāvis sōpor oppressērat, sūpērbīā ad agnītiōnem sui
 vēnīre, divina admōnītus plagā, et dōiōribus per singūla
 mōmentā incrēmentum capientibus: hæcque illi expres-
 sū confessio est; ‘Justum est mortālem subdītum esse
 ‘Deo, nēque ei se pārem crēdēre.’ Convōcātos ad se
 amīcos jūbens ‘intuēri ē quantā felīcītāte excīdisset, et
 ‘in quam calamitātem, in quōs trīstītiæ fluctus dēmer-
 ‘sus esset; se nunc rēminīsci mālōrum quæ in Judæ-
 ‘os perpētrāsset, et dēbitas pro iis pœnas lūere,’ non dis-
 sīmūlābat. Orābat quōque scēlēstus ille Dominum, a
 quo non ērāt mīserīcordiam consēcūtūrus. ‘Cīvītātem
 ‘sanctam,’ quam solō æquāre, et in commūnem conges-
 tōrum cadāvērū tūmūlum convertēre statuērat, ‘per
 ‘se libēram futūram pollicēbātur: Se æquāles jam Athē-
 ‘niensibus factūrum Judæos,’ quos nē sēpultūrā quīdem
 dignos habītos, avibus ac fēris dīrīpiēndos fuērat tradītū-

rus: 'Templum sacro sanctum,' quod prius expoliāverat, 'optimis dōnis ornāturum, sacrā vasā multiplicatūrum, necēssarios ad sacrificia sumptūs præbitūrum;' quin etiā 'se deinceps Judæum futūrum, et omnes terræ finēs obēuntem, Dei pōtēstātem prædicatūrum.' Sed supervēnerat in eum justum Dei jūdiciū; et nullā sævissimis dōloribus quies dābatur.

Itaque de salūte despērans, hanc, dissimulato mortis pericūlo, epistolā in mōdum dēprēcātionis scripsit ad Judæos: 'Optimīs civibus Judæis plurimam salūtem dicit, eosque bene valere, et esse felīces, jubet rex et Princeps Antiochus. Si benē valētis, et filii vestri et ex sententiā vobis cuncta succēdunt, maximas Deo grātiās āgimus. Etsi magnā spe tenēor ex morbo convalescēdi, commūni tamēn utilitāti, maximē vērō Judæorum, in quos benē animātus sum, consūlens, regni mei successōrem designāvi filium Antiochum, quem, confīdo modeste atque humanē vobiscum actūrum; itā vos oro, et pēto, ut mēmōrēs bēnēficiōrum a mē publicē et privātīm acceptōrum, mihi et filio fidem servētis.' Missā hāc epistolā, homicīda et impius rex, æquo Dei jūdicio percussus, miserābili obitu vitam amisit. L. 1. c. 6. L. 1. c. 9. An. M. 3844.

Lysiū itērum victo pax cōphōnītur.

Extincto Antiocho Epiphāne, et regnante in ejus locum filio Eupātore, novis lacessītus præliis Judas ex omnibus victor evāsit; Deo, ad cūjus opem semper confūgiēbat, eum aut clam aut apertē adjūvante.

Lysias, cui traditam ab Epiphāne rerum gērēndarum pōtēstātem confirmāverat Eupātor, statim a suscepto regno, acceptam nūper, cum adversus Judam malē pugnasset, ignomīniam elūere festināvit. Itaque in Judæam irruit, cum octoginta pēditum millibus, et unīverso rēgis equitātu; cui ad augendum terrōrem ac cædem, élēphantos octoginta addiderat. His viribus fērox confidēbat se captam Hierōsōlymam gentibus habitandam relicturum, et Templum vectigālē, Sacerdōtium quoque singulis annis venāle factūrum; neque, quantā esset Dei pōtētia mente effrænātus cōgitabat. Admōtis ergo cōpiis, Beth-

sūram non longè ab Hierōsōlymā sītā oppugnāre est adortus. Quod ūbi Macchabæānis compertum est, ipsi sīmūl et plebs omnis cum lamentīs et lacrymīs Dominum rōgārunt. ‘ Ut bōnum Angēlum mittēret ad sālūtem Is-
 ‘ raēlis.’ At Judas prīmus, sumptis armis, cætēros adhor-
 tātus est ut sēcum ūnā pericūlum sūbīrent, et fratribus
 suis lātā ōpem vellent. Cū ergo cuncta pārīter alacri
 animo procēdērent, Hierōsōlymis ēgressos præcēdere vī-
 sus est ēquēs amictu candido, armis aurēis, hastam vi-
 brans. Tunc omnes sīmūl mīsēricordi Domino, qui e
 cœlo adjūtōrem mīsisset, gratias ac laudes rependērent,
 et sic animis confirmāti sunt, ut non homines sōlūm, sed
 bellūas quōque fērōcissīmas et muros ferrēos penetrāre
 pārāti essent. Leōnum īgītur mōre irrūēntes in hostem,
 undēcim millia pēditum, ēquites mille et sexcentos pro-
 strāvērunt: rēliqui in fūgam versi; saucii plerīque et
 armis exūti, vix ēvāsērunt. Ipse Lysias turpi fūgā sālū-
 tem quærere coactus est. Ut vērō non ērat consīlii ex-
 pers; quid ipse detrimenti passus esset sēcum rēpūtāns,
 et invictos esse Judæos omnīpōtentis Dei auxiliō subnix-
 os intellīgens, oratōres ad eos de pācē in quascunq̄e jus-
 tas lēges conficienda mīsīt seque iis rēgis amīcitiā con-
 ciliaturum pollicītus est. Oblātā pācem accepit Judas
 in mēdio victōriārum cursu, non suæ gloriæ, sed commū-
 ni utilitāti, consūlens; et annūēnte rēge, Judæos patriis
 lēgibus vīvere, ut prius, permissum est. Sicque illi ad rē-
 lictā agrōrum cōlēndōrum cūram rēdiērunt. *L. 2. c. 11.*

Hostibus itērum casīs, urbēs expugnāt Judas.

Non dīu fida pax mansit nec quīēte concessā frui licūit,
 arma mōventibus, et vi apertā aut fraude Judæos aggrē-
 dientibus vicīnōrum lōcōrum præfectis rēgiis. Hos sin-
 gūlos magno mīlītum nūmēro fidentes Judas cum parvā
 mānū, invōcāto pro mōre justo jūdīce Deo, devīcit, in-
 crūentā semper victōriā, cū ipse magnas eōrum cādēs
 edīdisset.

In urbibus quōque expugnandis tām fortis et felix fūit,
 quam in exercitibus proflīgandis. Urbem munītissimā
 pontibus, ac mūris circumseptā, cui nomen Casphin,
 promiscuæ omnis gēnēris gentes habitābant; quæ cum

lōcō nātūrā atque arte mūnīto confidērent, et largā com-
meātūm cōpiā abundārent, rēmissiūs āgēbant et Mac-
chabæum urbi adsidentem mālēdictis lacescentes, impiās
contūmēlias dictuque nēfāria jactābant. Vērū ille, vō-
cāto in auxilium summo totius mundi Princīpe, qui sine
arietibus ullisque aliis machinis temporibus Josuæ sub-
vertit mūros Jerichuntis, fortiter irrūit in mēnia, et urbe
Dīvinā ōpē captā, tantam hominum cædem fēcit, ut ad-
jācens stagnum, duōbus stadiis lātum, interfectōrum san-
guīne plēnum fluere vīdērētur. Oppida alia duo, Carnion
et Ephron, nullā humanā vi expugnāri posse vīdebantur,
tum quā omnia circā aspēra et abrupta ērānt, tum prop-
tēr ingentem tēlōrum tormentōrumque apparātum, et for-
tissimorum pro mūris consistentium milītum multītūdī-
nem. Utrumque tāmēn a Judæis duce Macchabæo ex-
pugnātum; cū prius, ut sōlēbant, ōpem ejus implorās-
sent, cujus pōtentia omnes sibi adversantium vīrēs con-
fringit. Ibique quinquaginta millia hōmīnum cæsā.

Prō mortuōrum peccātis sacrificiū offertūr.

In tam prospēro rerum successu sēmēl contigit, ut
consertā cum Gorgiā Idumææ præpōsito pugnā, pauci
Judæorum cādērent. Quorum corpōra cū tolli jussisset
Judas, patriis sēpūlchris infērenda, sūb interfectōrum tu-
nicis rēperta quædam sunt e Jamniensium Deorum tem-
plis ablāta dōnāria, Judæis divīna lēgē interdictā. Unde
manifestum omnibus factum est, ēōs eam ob causam cē-
cidisse. Omnes itāque laudavērunt justum judiciū Deī,
qui pālām fēcērat quæ occultā essent, atque ad prēcēs
conversi rōgāvērunt, ‘ Ut, quod commissum ērat, delic-
tum oblivīōni ab eo tradērētur,’ Judas autem pōpulum
hortātus est, ‘ Ut se a peccāto intēgrum conservāret,
‘ quippe qui antē ōcūlos habēret, quæ fratribus peccanti-
bus pōnā irrōgāta esset.’ Tum stīpe vīrītim collectā,
duōdēcim millia drachmārum argenti mīsīt Hierōsōly-
mam, ut sacrificiū pro peccatis mortuōrum offērrētur;
bēnē admōdūm et rēligiōsē de resurrectione cōgītans;
(nīsī enim eos, qui cēcidērānt, resurrectionē sperāssēt,
supervacaneū fuisset et vānum orāre pro mortuis;) et
intelligens iis, qui cum pietāte obiissent, optīmam esse

rēpōsitam mercedem. *Sanctum ergo et salūbre institū-
tum est pro defunctīs orāre, ut a peccātis solvantur. L. 2.
c. 1, 2.*

*In Antiōchi Eupātōris, et Lysiæ castra, noctu irrum-
pit Judas.*

Præsidium ab Antiōcho Eupātōre in arce urbis Hiērō-
sōlymæ relictum, crēbris excursibus infestos Israēlītis
faciēbat ad Templum ādītus, et multā aliā hostīlia āgē-
bat. Quod ūbi audīvit Judas, rēdiit quamprīmum pōtuit
ad libērandam patriā; et pōpūlo omni ad obsīdendos
eos, qui arcem obtinēbant, excītō, balistæ et aliæ cūjūs-
vis gēneris machinæ expugnandis lōcīs munītis idōnæ,
compārātæ instructæque sūnt. At quīdam ex Israēlītis
impīi et perfidi, adjungentes sē nonnullis ex arce ēlipsis
præsidiariis mīlitibus, rēgem Eupātōrem ādiēre. Dixē-
runt. ‘Maxīmum pericūlum esse ne Judas arcem vi cā-
pēret, et mājōra deinde suscipēret, nisi matūrē subvēnī-
rētur.’ Quibus dēlātis, rēgem, paterni in Judæos ōdii
hærēdem tantā irā inflammāvērunt, ūt ipse cum Lysiā
ad opprīmendū Judam, accēlerāre stātuerit, et proptēr-
ēā non mōdō unīversas regni sui vīres congrēgārī, sēd
ētiam à regnis aliis et insūlis conductitios milītes ēvōcārī
jussērit. Sicque exercītus effectūs est centum millium
pēditum, et viginti millium ēquītum, cum elēphantis ad
prælia ēdoctis duōbus et triginta, et falcātis currībūs tre-
centis.

Quibus cognītis, Judas præcēpit pōpūlo ut diē ac nocte
Dominum invōcārent, atque orārent, ‘Ne gentem suam,
quæ nūper paulūlum respīrasset, sineret rursus im-
pīs hominībūs illūdendam permitti; sed pōtius eōdem,
quo antēā, auxilio adjūvāret.’ Quod cūm omnes simūl
fēcissent, et per triduum hūmī prostrātī pētiissent a
Domino mīserīcordiam cum flētū et jējūniis; Judas,
habīto cum sēniōribūs consīlio, stātuit decērtāre cūm
hoste quamprīmum. Itāque, rei exitum totius mundi
condītōris judīcio ac pōtēstati committens, ēt exhortātus
suos, ‘Ut pro lēgībūs, Templo, patriā, urbe, cīvībūs,
fortīter dīmīcārent,’ pugnx tessēram dēdit ‘Victōriam
Dei.’ Tum in eam castrōrum partem ubi ērat tabernā-

cūlum rēgis, noctu irrūit cum lectis juvēnibus fortissimis, quātuor hominum millia occidit, et castris terrōre ac tumultu replētis, rēcēssit cum suis, re prospērē gestā, quā præsō illi fūit auxiliūm Dei.

Itērum victus Eupātor cum suis ēlēphantīs.

Ne hęc victōriā noctis furto pōtius ērēptā, quàm virtūte ānīmi partā vidērētur, ipse rex paulo post mediā lūce victūs fēcit.

Cūm Judas castra non longē a castris rēgis locāssēt, rex cōpiās omnes vix orto sōle ēduxit; et, explīcātā ad prælium acīē, tubas cānere jussit. Spēcīem exercītūs magni valdē et fortīs terrībiliōrem faciēbant ingenti vastorum corpōrum mōle elephāntēs, qui vini et succi morōrum conspectu de industriā irrītātī, horrendo strīdōre auras fatīgābant. Singūlas bellūas stīpabant millēni pēdītes, ferrēas lorīcas et galeas ærēas gestantes, et ēquītes lecti quingeni. Hi opportunē ubīcunque bellūa esset, ibī adērānt; et, quōcunque isset, ibant; nec ab ea discēdēbant. Lignēæ quoque turrēs valīdæ impōsitæ singūlas tēgēbant bellūas. Sūpēr turrēs vērō machīnæ quædam ērānt, et vīrī triginta duo, qui pugnābant dēsūper, cum suo cujūsque bellūæ māgīstro Indo. Quod rēsīdūm ērat ēquitātūs, hinc et inde ad utrumque incēdentis agmīnis latus locātum fuērat. Alia exercītūs pars per jūga montium, alia per campos et valles cautē atque ordīnātē incēdēbant. Sōiis radiis in clypēos aurēos et ænēos vibrātis, rēfulgebant montes, et lampādum accensārum spēcīem rēfērēbant. Dissōnæ tantæ multitudīnis vōcēs, incessūs agmīnis, armōrum collīsiō, omnes regiōnis incolās terrōre percellēbant. At nīhil commōti Judas et exercītus ējus in ācīem descendērunt, et, consertis mānībus, sexcentī mīlītes ex exercītu rēgis cæsi sunt.

Eleāzār ēlēphāntīs occīsi pōndere opprīmītur.

Insignīs apud postēros hujus pugnæ mēmōria fuit fortitūdīne ac morte Eleāzāris, quem multi Judæ fratrem fuisse autūmant. Vidērat ille bellūam unam multum supra cætēras ōmīnentem; et, quōniam rēgiīs esset lo-

rīcis circumtectā, rēgem ipsum eā vēhī fuērat suspicātus. Itaque gentis suæ a rēgis furōre servandæ, et æterni sibi nōmīnis comparandi cupiditate incensus, cursu concito audacter contendit ad belluam per mēdiā hostium aciem et tela undique volantia : tum multis a dextrā et sinistra cæsis, contemptā mortē, ferocior sub monstri ventrem subit, rēpētītis ictibus confossum occidit, ejusque super ipsum collapsi pondere oppressus occubuit, ac suo est sepultus triumpho. *L. 1. c. 6. L. 2. c. 13.*

Res deinde vario eventu, sæpius malo, ab Eupatore et Lysiā in Judæā gestā est ; et pāce cum Macchabæo factā quibus hic voluit conditionibus, Antiochiam reversi, non multo post a Demetrio paternum regnum recupérante interfecti sunt. *L. 1. c. 7.*

Demetrius Alcimum ad summum Sacerdotium promovēre frustrā tentat.

Alcimus quidam vir pessimus, quem, licet nuper profanis gentium rībus sponte coinquinatum, cæca cupido summi apud Judæos Sacerdotii exagītābat ; nullum sibi ad altare Domini relictum esse accessum videns, imò de salute quoque suā despērans, quamdiu Judas rebus præset ; Demetrium rēgem adit cum Judæis quibusdam iniquis atque impiis. Tum multā adversus Judam conquestus, quem seditiōnes movēre, bella nutrire, patriam impotenti dominātu premere ēmentiebatur, rēgem oravit, ‘ Ut, pro suā omnibus cognita humanitate, miseræ genti opem ferret, sibi que per summam injūriam ‘ ereptum Sacerdotium juberet restitui.’ Et quod efficaciores precēs essent, coronam auream et aliā mūnera ei obtulit. Verbis mendacibus et largis donis Alcimi captus rex, Bacchidem Mesopotamiæ præfectum, virum sibi amicum et fidum, cum exercitu in Judæam misit, jussum curare, ut Alcimus concesso ab Eupatore Pontificatu fruēretur. Uterque dolis primū circumvenire, deinde vi atque armīs malè mulctare Judæorum gentem aggressus est. At eorum spem non minore solertiā quam fortitudine irritam fecit, eosque vicit Macchabæus. Misit itaque deinde Demetrius virum inter Principes nobilissimum, et qui inimicitias contrā Israëlē exercēbat

Nicanorem, dātis mandātis, ut ipsum Judam vīrum cāpēret, et, ubi sōcios ejus dissipasset, Alcimum templi summum Sācērdōtem constituēret.

Impiūs Nicanor Templo mīnātur, et Dei pōtēntiam contemnit.

Audīto Nicanoris adventu, Judæi ad sōlitum præsidiū confūgērunt, et cīnere conspersi Deum prēcāti sunt, ‘Uti qui ōlim pōpulum sibi unum præ cætēris ēlēgisset, eum in æternum custōdīret, seque ei, ut sæpe alias, signīs evidētibus adjūtorem prōbāret.’

Nicanor, qui compērerat quæ esset comītum Judæ fortitūdo in certāminibus pro patriā ōbeundis, a bello anīmo aliēno esse et amīcē cūm Judā agēre primum est vīsus. At deinde eum corrīpiendi, ut Demetrio vinctum trādēret, opportūnum tempūs captāvit. Quā re cognītā, Judas nōluit ampliūs hominis fidēi, quæ nulla ērat, crēdere, sed et ab ejus insīdiis cāvīt, seque ad decernendum ferro pārāvīt. Nec multō post quinque millia mīlītum Nicanoris ad pugnam lacescentis occīdit. Vēnit tāmēn in montem Sion atque in Templum Nicanor: et, ludibrio habitis Sacērdōtibus qui ei hōnōrificē sālutāto ostendērant sacrificia, quæ offerrentur pro rēgis salūte, Judam sibi ab iis trādi jussit. Quibus interpōsīto jūrejūrando nēgantibus se scīre ubīnam esset qui quærēbatur, extēntā in Templum mānu, jūrāvīt, ‘Se, nisi Judas vinctus trādērētur, illam Dei ædem in planum deductūrum, altare effossūrum, et Templum hoc ipso in lōco Lībēro patri consecrātūrum.’ Hisque dictis ābiit. Tum Sacērdōtes protendentes mānūs in cælum, invōcāvērunt eum qui semper propugnātor esset gentis ipsōrum, dicentes, ‘Tu rerum omnium Domine, qui nullius indīgēs, hoc nōbis indulxisti, ut tibi templum, in quo habitārēs, intēr nōs constituērētur. Nunc itāque omni sanctitāte, sancte Domine, conversā in æternum impollūtā dōmum hanc, quæ nūper mundātā est, et os injustum omne obstrūē. Stātūē exemplum in hominem istum et exercitum ejus, ut gladio cādānt; et impiās mīnas nē sīveris inultas abire.’ *L. 1. c. 7. L. 2. c. 14.*

Cum compērisset Nicanor Judam cum suis in vicīna

Samarīæ locā sēcessisse, consilium cēpit eos prælio lacessendi die Sabbāti. Judæis verò qui illum vi coacti sequēbantur, orantibus, ‘Nē itā fērōcīter et barbārè faceret, sed diem sacrum cōlēret, et hōnōrāret eum qui unī-versa conspīcēret;’ interrōgāvit infelix ille et scelēratuſ; ‘Essetne in cœlo pōtēns quispiam, qui Sabbātōrum diem sanctum habēri præcēpisset?’ Hisque affirmantibus, ‘Esse Dominum vīvum in cœlo pōtentem qui diem septimam feriātam esse jussisset: Ego verò, *inquit ille impius*, altēr in terrā pōtens sum, qui ‘arma sūmi jūbeo, et rēgis nēgōtia pērāgī.’ Neque tāmēn id assēcūtus est, ut infestum consilium perficēret.

Judas suos rōbōrat fidūciā in Deum et narrāto somniō de Onīā et Jeremiā.

Et Nicanor quīdem per summam sūperbiam animo elātus commūne trophæum de Juda et sociis ejus statūere decrēverat. Macchabæus verò semper spērābat confidēbatque opem sibi a Deo affūtūram; et hortābatur suos, quorum tunc numērus ad tria tantūm millia pervēnerat, ‘Ne formīdārent adventum gentium, sed acceptōrum e cœlo in aliis certaminibus auxiliōrum rēcordāti, nunc quoque sibi ab Omnīpōtente concessum īri victōriam spērārent.’ Allōcūtus quoque est eos de lēge et Prophētis; et secundōrum, quæ prius fēcissent, præliōrum admōnītos alacriōres promptiōresque ad pugnam effēcit. Sic non tam clypeis et hastis, quān optīmis sermōnibus et adhōrtatiōnibus armātos instructosque magnā præterā lætitiā perfūdī; dignum fidē somnium illis rēfērens: ‘Nempe vīsum sibi in somnis Onīam, qui fuērat summus Sacērdos, vīrum bōnum et benignum, verecundum vultu, modestum mōribus, elōquio suavem, et a puēro in virtutibus exercitātum, mānibus prōtēnsis orāre pro pōpūlo Judæo: appāruisse deinde et alīum vīrum ætate venerāndum, et eā, quæ illum circumfulgēbat, majestāte et splendōre mirābilem: Interrōgātum verò Onīam quisnam hic esset, dixisse, Hic est fratrum amātor et pōpūli Israēlis; hic est qui multūm orāt pro pōpūlo et unīversā sanctā cīvītate, Jeremiās Prophēta Dei: Tum Jeremiām extendisse dextēram, sibi que gladium aurē-

‘um dēdisse, atque intēr porrīgendum hæc locūtum ;
 ‘Accipē sanctum gladium, mūnūs a Deo, quo dejiçiēs
 ‘adversāriōs pōpūli mei Israēlis.’

His atque āliis, qui ad ērīgēdos anīmos et confirman-
 dam virtūtem plurīmūm valērent, sermōnibus incītāti
 Macchabæāni, statuērunt eā fortitūdīne dīmīcāre, ut uno
 conflictu debellāri hostis posset ; eò māgis quod civitas
 sanctā et templum Dei perīclitārentur. Erat enīm uxō-
 rum et libērōrum itēmq̄ fratrum ac cognātōrum perī-
 cūli mīnor āpūd eos ratio ac cūra ; maxīmus vērō ac
 prīmus pro sacro sancto templo mētus. Eos porro qui in
 urbe rēmansērant, non mīnīma sollicitūdo habēbat pro
 his qui ērānt prælio congressūri.

Victūs et occīsus Nicanor impiētātis pœnas dat.

Cūm pugnæ discrīmen immīnēret, atque adesset hos-
 tium exercītus ordinātus, elephantique et ēquites lōco
 opportūno pōsīti ; conspexit Macchabæus instructam ad
 pugnandum hominum multītūdīnem, vārium appārātum
 armōrum, et fērōcītātem bellūarum. Tum extensis in
 cælum mānībus insignia mīrācula et prodīgia facientem
 Dominum invōcāvīt, qui non sēcundūm armōrum vim et
 pōtēntiam, sed, prōūt ipsi plācet, dat dignīs victōriam,
 dixitque ; ‘Tu, Domine, qui Ezechiā regnante in Judā,
 ‘mīsisti Angēlum tuum et interfēcisti e castris Senna-
 ‘chēribi centum octoginta quinque hominum millia, nunc
 ‘quoque, cæli Domīnātor, mittē Angēlum tuum bonum
 ‘antē nos, ut qui in templum tuum sanctum verbā impīa
 ‘profūdērunt, et ad dēlendum pōpūlum tuum huc advō-
 ‘lārunt, immisso dīvīnītus terrōre corripīantur et brāchīi
 ‘tui pōtentiā contērantur.’ Et hic quīdem itā pērōravīt.
 Nicanor autem, et qui cum ipso erant, inter tubārum so-
 nītum et læta cantīca pugnam īniēre. Contrā Judas ac
 milītes ejus invōcāto Deo, congressī sunt ; et mānu quī-
 dem pugnantes, sed Dominum corde ōrāntes, prostrāvē-
 runt non mīnūs quām tringinta hominum quinque millia,
 Dei præsēntis auxiliū experti, eoque mīrīficē delectati.
 Qui hostium e prælio diffūgērunt, a Judæis undīque e
 vīcis et castellis prōvōlantibus, sic cæsi sunt, ut nē ūnus
 quīdem ex iīs sit rēlīctus.

Cùm defuncti prælio, et lectis spöliis, se læti rēcipērent Macchabæāni, cognovissentque Nicanorem omnium primum in pugnâ occübuisse; prōmiscuo clāmōre cum lætitiā excitāto, patriā vōcē omnīpōtenti Domino gratias egērunt. Tum Judas ampūtātum cāput Nicanoris, et brāchium cum humēro abscissum Hierōsōlymam perferri jussit. Quò cùm ipse pervēnisset, convōcātis pōpūlaribus et Sacēdotibus ad altāre, accersivit et eos qui in arce erānt; et ostenso cāpīte Nicanoris, ac mǎnū nēfariā quā contra sanctam Omnīpōtentis ædem extentā sūperbē se jactāverat; linguam etiā impiī exsectam et frustilātīm concīsam avibus depascendam dāri, mǎnum ex adverso templi affixam suspendi, cāpūt in summā arcē omnibus videndum prōpōni vōlūit; mǎnifestā tum dīvinæ adversus impiōs vindictæ, tum latī piæ genti auxilli argūmenta. Deinde cùm omnes bēnēdixissent Deo, qui dīcātam sibi ædem illæsam incontaminātamque servāverat; commūni consilio dēcrēverunt, diei illius, quo tam insignīs victōria partā fuērat, mēmōriam non esse in obscūro rēlinquendam, sēd publicā gentis lætitiā quōtannis celebrandam tertio decīmo diē mensis Adar, pridie Machabæi diēi.

Judas fortissimē dīmīcans occīdītūr ac lugētūr.

Post cædem Nicanoris Judæa diēs paucos a bello quīēvit, quibus Judas legātos Romam mīsīt, sōcietātem et amīcītiā junctūrus cum Romānis, quōrum pōtentiā Judæos ab Demetrii vi et impōtenti dominātu tūtos fūturos spērābat. Sed antēquam pērāctā rēs esset, ipse luctuōso suis fūnere e vīvis sublātus est.

Ut enim audīvit Demetrius Nicanōrem cēcīdisse prælio, et cōpias ejus delētas, Bacchīdem et Alcimum itērum mīsīt in Judæam, dātō eis dextro exercītūs sui cornu, quod erat præcipūm rōbur vīrīum suārum. Hi cùm accessissent ad lōcum ubi cūm tribus hominum millibus statīva habēbat Judas, insōlītus pāvōr Judæos corrīpuit, conspectā hostium multitudīne, quā tāmēn mājōrem sæpē antēā fūdērant; et aliīs alio dīlapsīs octīgēnti tantummodo rēmānsēre, Tum vērō Judas, qui et defluxisse exercītum suum, et se itā bello urgēri vidēret, ut ad nōvās

vires rep̄arandas temp̄s non supp̄t̄ret; ipse animo quōdam mōdo concidit, inops consilii. Deinde t̄m̄en hort̄tus eos, quos r̄l̄iquos hab̄bat, ut in hostem irrump̄rent; postquam pugnam detrectantes v̄dit, et eam illis mentem esse, ut v̄it̄e in pr̄sent̄iā cons̄l̄erent, et r̄d̄erent quisque ad sua, maj̄ore deinde n̄m̄ero auctisque v̄ribus r̄vers̄uri: Abs̄it, *inqūit*, ‘ hoc a n̄obis flagitium, ut ‘ f̄ḡiāmus ab istis. Si fat̄alis diēs v̄nit, m̄oriāmur fort̄iter propter fratres nostros, nec ullam gloriā nostr̄e mac̄ulam inf̄r̄amus.’ Int̄rim e castris pr̄cessit hostium exercit̄us, et Jud̄eis ex adverso const̄itit. Erant autem in duas part̄es d̄iv̄isi ěquit̄es, et in prim̄a aciē promptiss̄imi ac robustiss̄imi quique mil̄itum st̄abant, pr̄euntibus fundibulariis et sagittariis; et Bacch̄ide in dextro cornu c̄r̄ante. Tum cl̄amor utrinque subl̄atus, et tub̄arum s̄onus aud̄itus. Magnis an̄im̄is cert̄atum esse hoc arḡumento est, quōd pr̄elium m̄an̄e comm̄itti c̄eptum, ad vesp̄eram usque protractum refertur. Dextram qūidem aciēi partem, in quā st̄t̄erat Bacch̄ides, f̄udit et contr̄ivit Judas. At c̄um f̄usos hostes pers̄qūer̄etur, eum cons̄c̄uti sunt a tergo hostes alii qui in sinistro cornu pugnaverant, confossumque telis int̄r̄em̄erunt. C̄et̄eri, int̄r̄ c̄adem qūe magna utrinque fact̄a est, āmissō d̄uce, in f̄ugam acti. Jonathas et Simon subl̄atum e terrā fratris corp̄s in maj̄orum s̄epulchro cond̄id̄erunt. Fl̄evit autem Judas om̄nis Israh̄el planctu magno per multos diēs, et luḡent̄es, d̄ic̄ebant, ‘ Quomōdo c̄cidit p̄t̄ens, qui salvum facībat Israh̄elem.’ *L. 1. c. 8, 9.*

SELECTARUM EX LIBRIS APOCRYPHIS

HISTORIARUM

FINIS.

LIBRIS APOCRYPHIS

MISSIS ;

NUNC AD

“SELECTAS E VETERI TESTAMENTO HISTORIAS”

REDIMUS.

PARS ALTERA.

Goliäthus Philisthæus prōvōcat Israēlītas ad singulāre certamen.

ASSIDUI Israēlītarum hostēs Philisthæi accīsas multis cladibus vīres vix rēpārāvērānt cūm cuncta agmīna ad belli discrīmen rursus tentandum congrēgantes, castra metāti sunt in fīnibus Tribūs Judæ. Quo audīto, Rex Saul et Israēlītæ pārīter congrēgātī dīrexēre aciēm ad pugnandum. Exercitus utēque montem occupāverat, Philisthīnus hinc, inde Israēlīticus, itā ut vallis inter eōs mēdiā jācēret.

Neutra aciēs ad faciendūm præliandi inītium se commōverat, cūm e castris Philisthīnorum ēgressus est vīr quīdam nōmīne Goliäthus, gēnēre obscūro et turpi, ut pōte incerto patre nātus, sēd immāni corporis magnitudīne ac rōbōre. Nam, præterquam quōd sex cubitōrum et palmi erat ejus altitūdo, eā quōque arma gestābat, quorum pondēre quīvis aliūs bellātor obrūtus prōcūbūisset. Cassis ænēa cāput opēriēbat, et lorīcā squammātā induebātur. Ocrēas in crūribus ærēas hābēbat, et clypēus pārīter ærēus tēgēbat humēros ejus. Dextrā hastam quatiēbat mīrā crassitiē et longitūdīne ; et armīger ejus antēcēdebat eum.

His vīribus atque armis confīsus Goliäthus prōpē castra filiorum Israēlis accessit : et cūm suo ingēnio, tum

spe victoriæ ferox, ad singularem pugnam provocabat, quam maximam poterat voce clamans : ‘ Quid in instructa acie statis parati omnes ad praelio decertandum ? E vobis potius virum aliquem unum eligite, et date, qui singulare certamen mecum inerat. Si ferro mecum decertare quiverit, meque percusserit, erimus vobis servi. Si contra ego prevaluero, et percussero eum, vos servietis nobis. Sicque eam erit deinde et vestrae et nostrae gentis fortuna, quam uterque nostrum dimicando fecerit.’ Saul atque omnes Israelitae audientes verba hujuscemodi, stupore percussi et vehementi metu correpti, se castris continere : neque e tanto exercitu prodire quisquam ausus est, qui privato periculo communem salutem et gloriam tuendam susciperet. Procedebat itaque in medium quotidie mane et vespere ferocior Philistaeus ; neque per quadraginta dies destitit pugnam deponere, cum gravi eam recusantium insectatione.

David pugnam adversus Goliathum deposcit.

Interea David, qui minimus inter fratres pascēbat gregem patris sui Isai in agris circa Bethlehēmum, missus est ab eo ad castra Israelitarum, ut videret an tribus fratribus natu majoribus, qui ad bellum cum Saule perrexerant, cuncta prospera essent, polentamque iis et panes in cibum. Tribuno vero eorum decem caseos ferret. Hic ubi Philistaeum vidit eam, quam solebat, ferociam incendentem, et multa Israelitis acerbius exprorantem audivit, conversus ad eos qui proximè stabant, ‘ Quid, inquit, dabitur viro qui percusserit Philistaeum hunc et abstulerit opprobrium ab Israele ? Quis est enim hic incircumcisus, qui contumeliis afficit acies Dei viventis !’ Tum unus et alter e populo respondit : ‘ Quicumque Philistaeum occiderit, dabitur eum rex divitiis magnis, et filiam suam ei uxorem dabit, et domum patris ejus ab omni tributo immunitatem faciet.’ His auditis, Davidis animum cupido incessit vindicandi ab opprobrio populum Israeliticum. Cum ergo inter milites praese ferret, se adversus insolentem exprorantem libenter in pugnam processurum, ira succensus frater ejus major dixit ei ; ‘ Quare huc venisti, et pauculas illas oves, quas in deserto pascēbas, dereliquisti ? Ego novi superbiam tuam,

‘et nēquitiam cordis tui. Ut prælium spectāres accessisti; et nunc tē egrēgium pugnatōrem jactas.’ Cui David: ‘Quid fēci? *inquit*; Nonne huc a patre tuâ causâ jussus vēni? Numquidnō verbum quīdem prōfērre licet? Et declināvit ab eo ad āliōs, eundemque sermōnem habūit de capessendo ā sē adversūs Philisthæum certāmine, si cōpiā fiēret.

Rēgē permittētē, sē ad pugnam accingit David.

Quæ cūm Sāūli nunciāta essent, adductusque fuisset ad eum David: ‘Non concīdat, *inquit hic*, cor cujusquam propter istum hominem. Ego servus tuus, ò Rex, ibo libenter et congrēdiar cum eo.’ Rex qui magnitudīnem animi ac vīriūm Davīdis ejus tantum corpōris habītu æstīmābat; tīmuit ne ejus cum Philisthæo pugnā mīnimē pār esset fūtūra. Itaque illum admōnūit quanto pericūlo cum vīro ab adolescentiā suā bellātōre congrēderētur puer. Tum David, ‘Pascēbat, *inquit*, servus tuus patris sui grēgem, et vēniēbant leo et ursus, et tollebant arietem è medio grēgis; et persēquēbar eos, et percūtiēbam ēruēbamque prædam ex ore eorum. Et illi consurgēbant adversūm me, et ego apprehensos eos ēlisis faucibus suffōcābam interficiēbamque. Nam et leōnem et ursum interfēci ego servus tuus. Erīt igitur et Philisthæus hic incircumcīsus, quāsī ūnūs ex ēis. Nunc vādam, et aufēram opprōbrium pōpūli. Quōniam quis est iste Philisthæus incircumcīsus, qui ausus est mālēdicere exercitūi Dei vīventis? Dominus, qui ēripūit me ā fūrōre leōnis et ursi, ipse liberābit me è mānu Philisthæi.’ His verbis ad aliquam felīcis exītūs spem ērectus Sāūl, dixit Davīdi; ‘Vādē, et Dominus tecum sit.’ Indūit deinde jūvenem vestimentis suis, et impōsūt galēam ærēam sūper cāpūt ejus, lorīcā pectus circumtexit, et accinxit gladio. Expēriri vōlūit David, an sibi incēdere facile esset iis armis instructo quæ ferrē sōlītus non ērat: At re frustrā tentātā Sāūli dixit: ‘Ejūsmodi armā, quibus, assuētus non esset, sibi ōnēri pōtius et incommōdo, quān usūi fūtūra.’ Itaque illis depōsit, tulit bacūlum, quo ūtī consuēverat; ēlectos ē torrente quinquē lapīdes pōlītos in peram pastōrālem mī-

sit; et fundā in manum acceptā, prōcessit ad Philisthæum, non minùs armōrum apparātu quàm corpōris spēcīe tāli viro, omnium fērē milītum judīcio, impār.

Gōliāthus à Davīde victus et obruncātus.

Accēdēbat ex adverso Philisthæus, et armīger antē eum. Cūmq̄ue aspexisset Davīdem, adolescentem unā tantūm, ut falsò existimābat, ēlēgantiā formæ commendābilem, et bācūlo pro hastā ūtentem; despexit eum, dixitque: ‘ Numquid ēgo cānis sum, cum venīas ad me cum bācūlo? Accēde, et dābo carnes tuas lacērandas ac devōrandas vōlātīlibus cœli et bestiis terræ;’ et mālēdixit jūvēni per Deos suos. Tum David: ‘ Tu venīs ad me cum gladiō, et hastā et clypēo; Ego autem venīo ad te in nōmīne Domini exercitūum, Dei agmīnum Israēlis, in quæ prōbra jēcisti. Dābit ergo te Dominus in mānum meam, et dejiciā te, et aufēram cāpūt tuum à te; et dābo cadāvēra castrōrum Philisthæorum hōdie vōlūcribus cœli et bellūis terræ: ut scīat omnis terra Deum esse in Israēle, ut nōvērīt unīversa hic congregāta tot hominum multītūdo, quòd non gladio neque hastā servat Dominus: ipsius est enim bellum, idēōque ipsē trādet vōs in mānūs nōstrās.’

Cūm apprōpinquāret Philisthæus, festīnāvit David et obvīam cūcūrrit; mīsītque mānum suam in pēram, è quā ēductum lapīdem ūnum eā vi, fundā circumductā, vibravit, ut perfrēgērīt penetrāvērītque frontem Philisthæi; qui prōnus cēcīdit in faciē suam sūper terram. Cumque gladium non habēret David; ad jacentem prōpīus accessit gladiumque ei suum detraxit, quo è vagīnā educto ipsum interfecīt, ejusque cāpūt præcīdit. Tunc Israēlītæ sublāto clamōre Philisthæos persēcūti fūdērunt fūgāruntque usque dum venīrent ad pōrtās urbīs Accaron: et vulnerātis iis aut cæsis, reversi invāsērunt dirīpūruntque castrā eorum. Assūmens autem David cāpūt Philisthæi tulīt illūd Hiērōsōlymam, armā vērò ejus pōsūt in tabernāculo suo, præter glādīum qui in ipso Dei tabernāculo rēpōsītus fuit, ad servandam victōriæ divīno auxilio partæ mēmōriam. *L. 1 Sam. c. 1.*

Davidis laudibus offensus Saül de ejus pernitiã cogitat.

Cùm rēvertērētur David occīso Gōliātho, eo majōre cum gaudio ejus victōria ab Israēlītis celebrāta est, quo prōpius pericūlum vērērant. Mulierēs quas hostilis terror diu tectis inclūsas retinūerat, jam præ lætitiā vix compōtēs sui, ex unīversis urbibus effūsæ sunt in occursum Sāūlis rēgis et Davidis, cantantēs, et chōrōs. dūcentēs cum tympanis et sistris. Sēd omnēs oculīs animīsque in unum Davidem versæ, illum admīrāri, illum, sālūtis et glōriæ Israēlis vindicem prædicāre non dubitābant: nēque rēgiæ majestātis vērēcundia obstābat quōminus alternis cānērent: ‘Percussit Sāül millē, et David ‘dēcem millia.’ *L. 1 Sam. c. 18. An. M. 2942.*

Tum Sāül, à quo jam antē aliquot annos Spīritus Domini rēcēsserat, et cui è suā laude detractum esse vīdebātur quiddid tribūerētur alienæ, iniquæ adversūs Davidem invidiæ stimūlis cœpit āgītari, irātusque vehementer et offensus verbis ac cantibus mulierum, dixit: ‘Dēdērunt Davidi dēcem millia, et mīhi mille tantum ‘dēdērunt. Quid ei jam habēndum sūpērēst, nisi solum ‘regnūm?’ Itaque à die illā non bēnignō vultu atque animo eum aspiciēbat: sēd mōdo vi apertā, mōdō arte atque insidiis è mēdiō tollēre aggressus est, irritō semper cōnātu, quā Dominus, qui eum Israēli rēgem destināverat, ērat cum ēō: ‘Et non est sapiētiā, non est prūdentiā, non est consiliū contra Dominum.’ *Prov. XXI. 30.*

David à Sāūlis lancēa declīnat, et ducentos Philisthīnos occīdit.

Cùm primūm spīritus mālus, Deo itā impērante, Saūlem cœpit exāgītāre, quòd Samuēli dīvīna jussa fērenti non pāruisset; ē paterna dōmō in aulam accersītus fuērat David, ut eā, quā vālēbat, cithāram pulsandi peritiā vesānos rēgis mōtus compescēret. Et cū ad psallendi artem accēdērent formæ elēgāntiā, mīrum corpōris rōbur, et singulāris in verbis factisque prudentiā, eximio amōre eum complexus ērat Saül. At ubi mentem occūpāvit livor, illum ipsum furōris sui expulsōrem, de se

tam bënë mërĭtum, bis lanceâ nĭsus est confödere ; quam ille magnâ vi contortam corpöris declinâtionem effügit, itâ üt nullo vulnere illâto in parĭetem perlâta sit. *L. 1. Sam. c. 16. 18 et 19.*

Meroben majörem filiam dĕbĕbat Saül Davĭdi nuptui däre propter devictum Goliathum, sĭcut ipse publicĕ confirmävĕrat. Sed prömissĭs non stĕtit, eâque alii vĭro trädĭtâ, Michalem filiam mĭnörem eâ lĕge cessuram esse Davĭdi in uxörem dixit, si centum Philisthæos intĕrĕmisset. Captâbat eâ rätĭöne rex subdölus occäsĭönem perdendi hominem invĭsum, itâ mödĭcĕ de se sentientem, ut futüras cum rĕgĭâ virgĭne nuptias pröpönentibus responderit : ‘ Quis ego sum, aut quæ est vitâ mĕa aut cognâtio patris mei in Israële, ut fiam gĕnĕr rĕgis ? ’ Oblätam conditionem accĕpit vir fortissĭmus ; et occĭsis ducentis Philisthĭnis rĕvĕrsus incölümĭs, crudĕlem rĕgis spem fĕfĕllit, ac partis vitæ perĭcŭlo nuptiis est potĭtus. *L. 1 Sam. c. 18.*

David mille vĭrĭs Tribünis præfĭcĭtur.

Quam laudem ex victo Göliätho collĕgĕrat David, eam multis præclärĕ gestis tuĕbatur et amplificâbat quotĭdie ; et cum omnĕs Israĕlĭtas gloriâ antĕĭret, omnĭbus tamĕn charus ĕrat. Sed quo clariörem ejus famam mägĭsque accĕnsâ in eum pöpŭlârĭum stŭdiâ vidĕbat Saül, eo mägĭs ab illo sibi cävendum rätus, statŭit eum crebris objectäre perĭcŭlis. Spĕrâbat quippe jŭvĕnem mänu promptum, et glöriæ militäris appetentem, aut suâ virtŭte aut hostium feröciâ occäsürum. Ergo scelesto consilio spĕciem rĕmŭnĕrandæ virtŭtis præfĕrens, Davĭdem millĕ mĭlitibus Tribünum præfĕcit, ämövĭtque ä se. Vĕrum eâ res longĕ alĭter atque existĭmävĕrat ĕvĕnit. Nam ut non mägĭs præliö strenŭus ĕrat David, quäm cautus adversŭm perĭcŭla, vincendi stŭdium itâ prŭdentiâ rĕgĕbat ac tempĕrabat, ut non cæco impĕtu rŭeret in mĕdia belli discrĭmĭna vitæ mäle prödĭgus. Itâque quöcunque arma tŭlit, hostibus terröri, suis vĕrö præsidio fuit, et ex omnibus præliis rĕdiit illæsus. Sic növam ex militäri Tribünätu laudis accessĭönem invĕnit, nĕdum præcipĭtis temĕrĭtätis pĕnäs præmatŭrâ morte, ut Saŭli spĕs fuĕrat, luĕret. *L. 1 Sam. c. 19.*

Saulem Davidi placare tentat Jonathas.

Erūpit tandem quod dñi mālē dissimulātum fuērat, Saūlis ōdium in Davīdem; et Jonathæ filio pālam impēravit, ‘ Ut ōcūlos suos crescentis in dies hominis formī-
 ‘ dāti conspectu liberāret, morte illi, quōniam itā res suæ
 ‘ postulābant, illātā.’ Cohorruit ad hūjūsmōdi mandā-
 tum Jonathas, dignus sānē qui alio patre natus esset. Erat quippe natūrā veræ virtūtis admīrātor, tantumque
 āberat ab aliēnæ laudis obtrectātiōne, ut omnium, quorum
 posset, hōnōri et dignītati fāvēret. Itaque cūm David
 primum fortitudinis spēcimen dēdisset, prostrāto Philis-
 thæo, fuit stātim quāsi conglūtīnāta animā Jonathæ ani-
 mæ ejus, dilexeratque eum sicut anīmam suam, et ut
 victōrem aliquo mūnērē donāret, suis vestīmentis suis-
 que armis, tunicā, gladio, arcu, baltēo cūm se exuisset,
 eum indūerat. Neque tunc et deinde tīmūerat, ne adole-
 scentis claritūdo suo nomini officēret. Nōlūt igitur inī-
 quo pārentis impērio obsēqui; imo eum cum lacrymīs
 obtestans, ut tam crūdēle consilium depōnēret: ‘ Absit,
 ‘ *inquit*, rex, ut gravius consulas in Davīdem cujus forti
 ‘ fidēlique ōpērā semper es ūsus, et qui nīhil peccāvit ad-
 ‘ versum te. Scis quōmōdo unus inter omnes Israēlitas
 ‘ certo, ut vidēbatur, perīcūlo non dubītāverit animam ul-
 ‘ tro expōnēre; quōmōdo immānem Philisthæum, gentis
 ‘ nostræ terrōrem, dejēcērit; quōmōdo per ējus mānum
 ‘ Dominus unīverso Israēli salūtem dēderit. Vīdisti, et
 ‘ lætātus es. Quid est ergo nūc cur innoxīum sanguī-
 ‘ nem fundas, interficiēns Davīdem, qui omnis culpæ in-
 ‘ sons est?’ Filii verbis placāri vīsus est Saūl, jurāvitque
 fore ut à Davīdis necē abstīnēret. Itaque intrōductus ad
 eum à Jonatha, stēt in conspectu ējus, et in aulā versātus
 est, ut prius. *L. 1. Sam. c. 18. et 19.*

*Davīd à Michale uxōre servātus fūgit. Jonathā frustrā
 patrem dēprēcante pro eo.*

Altiōrēs in cordē Saūlis radīcēs ēgerat mālēvōlentia
 et livor quām ut facile ēvelli possent; fuitque infelix
 princeps dōcūmentum postēris, hominis, si prīma hujus
 vitii sēmīna adolescēre sīverint, humanītatem omnem

sērius ocius exiēre. Itaque paulo postquam Davidi in rēconciliatæ grātiæ pignūs aditum apud se dēderat, et ille, mōto rursūm bello, Philisthæos fūgatos cæsosque magnâ plagâ percussērat; mīsit satellitēs, qui eum dōmī in oculis uxōris trucidārent. At illā maritum furenti pārenti ēreptum, dēmissumque per fenestram, fūgā salūti suæ consūlere permīsit. *L. 1. Sam. c. 19.*

Saül non mōdò nihīl mōtus ēgrēgiâ fide filiæ suæ in conjūgem, sed etiā incrēpitā eā, quod inīmicum, ut dīcēbat, suum dīmīssisset; ad illum, ubīcunque esset, corripīendum, animum adjecit. Frustrā ad prēcēs obstestationesque itērum confūgit Jonathas, quò rēgem ad mītiōra consilia rēvocāret; tantūmque abfuit ut apud obstīnātam patris mentem nātus aliquid orando proficēret, ut contrā ipse in summum vitæ discrīmen venērīt, Saūle qui nullius jam salūbris consilii pātiens erat, in eum lancēam intendente. Ut igitur vīdit certum constitūtumque illi esse Davidem internēcīno bello persēqui; pacto cum amīco fœdēre, cui implacabilem rēgis īram apēruerat, flens ubērius flenti valēdixit. *L. 1. Sam. c. 20.*

Davidem persēquitur Saül.

Nullūs postcā Davidi lōcus tūtus esse pōtuit; non sylvæ inviæ, non prærupti montēs, non antrā obscūra. Nulī quoque homini posse fidēre, cum aliōrum incertā fidēs esset, aliōrum apertā perfidiā. Prædæ, quam è mānibus suis elapsam dōlēbat, vestīgia persēquens Saül. rīmābatur omnia, omnia perscrutābatur. Penetrābat in saltūs densissimos, scandēbat supēr abruptissimas rūpēs, quæ sōlis erānt ibīcibus perviæ, dictitābatque. ‘Si etiā in terram se abstrusisset fūgax inīmicus, se eum ex latēbris suis et terræ viscēribus erūtūrum.’ Cōmitābantur rēgem tria hominum millia inter promptissimos bello electa, et, seu vi debellandus, seu insīdiis cāpiendus esset hostīs, pāriter pārata: vīdēbaturque Saül vōti compōs facilē futūrus, capto Davide. Sed non trādīdit eum Deus in mānūs ejus; ipse vērò bis trādītus est in mānūs Davidis, et vitam ejus ipsius bēnēficio rētīnuit, quem tanto cum furōre quærēbat ad nēcem. *L. 1. Sam. c. 23. et 24.*

*David in speluncâ Engaddi latitans ôram chlamydis
Saulis abscindit.*

Latēbat David cum suīs in intēriōre parte speluncæ quæ ērat in deserto Engaddi, et ôcūlos mīlītum Saūlis cuncta curiōse vestīgantium fēfellērat. Ingressus fortē est in ēāndem speluncam Saūl, nullo cōmīte; et, verso deinde in ostium vultu, substītit, eos qui in cavernæ abdīta sēsē rēcondīderant non vīdens, ipse conspectus ab illis. Tum vērō Davidem ôrāre omnēs ‘ Ut pātērētur sē irrū-
‘ ēre in Saūlem:’ Ostendēre ‘ deductum esse à Deo ipso
‘ in hæc locā inīmīcum suum, et ejus arbītrio permissum.’ Postulāre ‘ ut infensi hostis morte et se et sōcios ab iis
‘ quībus prēmēbantur ærumnis, inōpiā, exīlio, et cæde
‘ immīnente libērāret quamprīmum, nullam prōfectò
‘ nunc oblātā opportūniōrem occāsīōnem nactūrus.’

Longē aliā ērat Davidi mens, quān suīs: dixitque eis vir ētiam in vitæ perīculo officīi et pietātis retīnens: ‘ Propitius sit mihi Dominus, ne faciā hanc rem adver-
‘ sus Dominum Christum meum, ut mittam mānum in
‘ eum; quīā Chrīstus Domini est.’ Neque permīsit quem-
quam ex illis consurgēre in Saūlem. Accessit tantum tacitē ad eum pēde suspēso, præciditque ôram chlamydis ejus. Cujus tāmen facti ipsum pœnituit stātīm adēo rē-
giam majestātem rēvērēbātur.

Cū ē speluncā pēdem extūlisset Saūl, et cœpto itī-
nēre pergēret; ēgressus post eum David clamāvit à ter-
go ēūntis: ‘ domine mi rex.’ Quo stātīm respīcēte ille inclināto capīte prōnus in terram adōravīt, dixitque: ‘ Cur aures apertas hābēs mendācibus quorundam homī-
‘ num sermōnibus, qui certo in perīculo vitam versārī
‘ tuam jactitant, quamdiū vīvit David? quantum à me
‘ tibi tīmendum sit tandem intelligē. Intuēre, pāter mi,
‘ et cognosce ôram chlamydis tuæ, quam cum abscindē-
‘ rem, vitæ tuæ pēperci, dum tu insīdiāris animæ meæ,
‘ ūt aufēras eam. Tradīderat te Dominus hodie in mā-
‘ num meam; sed eam non extendi in te, quia Christus
‘ Dei es. Animadvertē et vīdē nullam inīquītātem nul-
‘ lumque peccātum mecum esse in te. Quem persēquē-
‘ ris, Israēlis rex? quem persēquēris? cānem mortūum
‘ persēquēris, et pulicem ūnum. Sit Dominus judex inter

‘me et te; ipse tueatur causam meam, et eruat me e
 ‘mānu tuā. Absit verò ut unquam ego violentas tibi ma-
 ‘nus infēram.’

His audītis flēvit Saül, et sublātâ vōce dixit: ‘Num-
 ‘quid vox hæc tuā est, fili mi David? justior tu sane es
 ‘quām ego. Tu enim tribuisti mihi bonā cum ego tē
 ‘multis malis affēcērim. Quis hostem suum, si in potes-
 ‘tate habeat, incolumem abire sīnat, sicut me tibi à Domi-
 ‘no ipso traditum tu hodie dimisisti? rependat tibi Deus
 ‘dēbita præmia pro istā tuā in me benignitate. Et quoni-
 ‘am scio certissimè regnātūrum esse te, et habitūrum
 ‘impērium super Israël, jūrējūrando per Dominum
 ‘mihi confirmēs velim fore ut non auferas neque deleās
 ‘prōgēniem meam post me.’ Postulato sacramento se li-
 bens obligavit David Saüli, abiērunque, hic in dōmum
 suam, ille in locā tūtiōrā. *L. 1. Sam. c. 24.*

David Saüli dormienti scyphum et hastam aufert.

Aliquot post menses dedit David alterum invictæ ad-
 versus regem fidēi et rēverentiæ argumentum. Castrā
 mētātus erat Saül in deserto Ziph, cum selectis ex omni
 Israëlē tribus hominum millibus, accersitus à Ziphæis,
 qui latitantem inter densa sylvārum Davidem conclusuros
 et regi vivum tradituros esse erant polliciti. Tam certā
 vīrum in saltibus deprehensum pernīcies manēre videbā-
 tur, ut et Saül et dūcēs exercitus, et mīlitum vulgus alto
 somno indulgērent, nihil de eventu solliciti. Quod ubi
 per explorātōres rescivit David; Dei auxilio frētus, et
 ūno Abisai comītātus, non dubitavit in castra hostilia in-
 ter stationes vigiliasque penetrāre, et invēnit Saülem jā-
 cēntem dormientemque in tentōrio, hastā fixā in terrā ad
 capūt ejus, Abnerem quōquē militiæ principem, et pō-
 pūlum dormientēs circa regem. Institit Abisai; ‘Ut
 ‘sibi liceret Saülis somno oppressi pectus lanceā perfō-
 ‘dēre; ūno tantūm ictu futūrum opūs.’ Oblātum mī-
 nistērium āversātus est David, dicens: ‘Non fore innō-
 ‘centem, quīsquīs manus extendisset in Christum Domini,
 ‘rēlinquendum esse Deo mortis Saülis arbitrium, nec eam
 ‘vi ullā matūrādam.’ Itaque nē gladiis quidem educ-
 tis, innoxii recessēre. Abstulit tantūm David hastam et

scyphum régis, fütürã cùm audãcis facti, tum mīræ mōdēratiōnis, argūmenta. Nec quisquam fuit, qui castrã ingrediētes et ēgrēdiētes vidēret audīretque, aut etiãm ēvigilāret; ädēo grãvis in eōs söpor à Domino irrūerat.

Cùm ēgressus è castris hostium David stētisset in montis vertice, et longum interjácēret intervallum; ēlātã, quantũm pötüit, vöce compellätum et è somno tandem excitätum Abnerem incrépüit: ‘Quöd rēgem, custödīret ita nēgligenter et incuriōsè, ut, ipso dormiēte, hastã rēgis ablãta esset, et scyphus, et vīta ei ēripiēndã fuisset, si, ut sibi eum occīdendi fãcultas fuērat, fuisset quöque völäntas.’ Audītã agnitãque vöce Davidis Saül, multã à se stultè actã, multã ignörata, non dubitãvit confitēri; meliöra in postērum est pollicitus; mēritis laudibus extülit piētãtem Davidis, in ‘cūjus öcūlis añima sua prētiōsa fuisset;’ eumque dulcissīmo filii nēmīne itērum appellãvit; ut crēdērēs socērum paternos in gēnerum añimos rēpentè indüisse, nihilque adversüs eum mōlītūrum deinceps. Sēd in pectöre, quod invīdiã vënēnum infēcit exulcerãvitque, quæ vērã inesse bēnignitas pötēst? *L. 1. Sam. c. 24.*

Davidem aptũ oratiōne plãcat Abigail.

Cùm David Saülem nullis präcibus exörãri, nullis bēnēfactis immütari posse animadvertēret, sed vitæ suæ semper immñnēre; mödò in locīs deviis, mödò äpud extēros regēs latēbras quærēbat, hãc quīdem rēligiōne, ut nec pöpülarium suorum agros aut urbes vīdlãret, nec adversüs Saülem pugnandi captãret occãsiōnes. Opēriēbãturque æquo et quiēto añimo tempöra ea, quibus prämissum sibi puēro nec pötenti nec optanti regnum, idem qui pollicitus erat, concēdēret Deus. *1 Sam. c. 26 et 27.*

Fügã et errörum cömītēs vīros habēbat, üt plürimũm sexcentos, non impröbos quīdem illos et turpi famã labörantes, nam tale hominum gēnũs rēpudiasset; sed tämen aliös ære aliēno oppressos, aliös aliã calamitãte afflictos, et multãrum rērum ēgēnos. Cùm huc atque illic vãgãrentur incerti; nullũs, ut in regiōne plerumque infestã, aut desertã, certus commeãtus suppētēbat; et

identidem frumenti c̄bariōrumve aliōrum inōpiā tentābantur. Cāvēbat tāmēn David ne in his rerum angustiis sui ex raptō vīverēt, et magnōpēre intermīnātus erat, ne quis vel cupiditāte vel ēgestāte impulsus in aliēna involāret. Itāque cūm aliquamdiu in solitūdīne Maon versātus esset; omnēs fācultātes vīri cuiusdam in illis locīs dītissīmi illasæ intactæque permansērāt. Ei vīro Nabal nōmēn fuit. Et cūm multās aliās opēs, tum tria ovium millia, et mille capras in Carmēlo monte pascentes, possidēbat. Durus hōmo, et pessimus; sed qui (quod ei salūti fuit) uxōrem habēret mōribus longē dispārem. Abigailem nōmīne, mītis ingēniū muliērem, prūdētissīmam eandem et speciōsam.

Fortē autem contīgīt, ut cūm Davidem omnia advicium necessaria repentē defēcissent, audīret tondēri in Carmēlo grēgem Nabālis. Mīsīt ergo ē suis jūvenēs dēcem, qui eum suo nōmīne salūtārent, dīcērentque: ‘Sit fratribus meis et tibi pax, et dōmūi tuæ pax, et omnibus, quæcumque hābēs, sit pax. Audīvi pastōres tuos, qui ērāt nobiscum in deserto, tondendo grēgi vacāre nunc. Nunquam eis mōlesti fuīmus, nec aliquando defuit eis quicquam ē grēge omni tempōre quo unā commōrātī sūmus. Interrōgā eos, et indicābunt tibi. Nunc ergo invēniant puērī tui grātiam in oculis tuis; die enim bonā venīmus. Quodcumque invēnīret manus tua, da servis tuis, et filio tuo David.’ Ad has prēcēs contemptim et ferōcīter pro ingēnio respondīt Nabal: ‘Quis est David? et quis est filius Isai? hōdie incrēverunt servi qui fugiunt domīnos suos. Tollam ego pānes meos, et āquas meas, et carnes pęcōrum, quæ occīdi tonsōribus meis, et dābo vīris quos nescio unde sint?’ His rēnunciātis, sic irā exarsit David, ut quadringentos ē suis gladio quemque accinctos sēcum ad ulciscendam ferro injūriam accēlērāre, ducentis ad sarcīnas relictis, jussērit: jurāveritque, ‘Se eo ipso die nihil relictūrum intēgrum ex omnibus facultatibus ejus hōmīnis, qui ādeo mēritam gratiam non rependēbat, ut etiam mālum pro bōnō redderet, probā jāciens.’

Intēreā Abigaīli nunciavit unūs ē servis Nabal; ‘Quā hic ferōciā missos ā Davide jūvenēs excepisset, quā verborum contumēliā affēcisset immērentes. Nihil certē

'damni aut molestiæ à Davidis söciis accïdisse pastöribus
 'Nabal, quamdiu in deserto inter se commeābant; imò
 'die noctuque quandam mūri vicem iis præstitisse ad-
 'versus latrōnum impētum et incursus ferārum. Pro
 'quibus bñeficiis, paucā, quibus inōpiam sublēvārent,
 'modeste et rēvērēter pētētēs, turpem repulsam tū-
 'lisse. Timendum profecto esse, ni viri fortes acceptam
 'injuriā acerbē ultum propērārent et dēbitas de vecor-
 'de homīne, quem nemo allōquī posset, pœnas sūmentes,
 'tōtam ejus dōmum ac familiam igne ferroque vastārent.'
 Quantum perīculum instāret intellexit mūlier prūdēns.
 Nullā morā interposita, impōsuit asīnis ducentos panēs,
 utres duos vīni, quinque ariētes coctos, polentæ nonni-
 hil, centum fascicūlos uvæ passæ, et ducentas fiscīnas ca-
 ricārum. Tum servos jussos præcēdere subsecūta est
 asīno insīdens, marīto omnium, quæ agērēntur, ignāro.

Uti Abigail conspexit Davīdem et söcios ejus ad vin-
 dictam et cædem festīnantes; illīco descendit ab asīno, et
 procīdens ad pēdēs David, oculīs in terram demissis adō-
 ravit, dixitque: 'Licēat, obsēcro, dōmīne mi, ancillæ tuæ
 'paucis te verbis allōquī; nēque præcibus meis aures
 'obstrūē immīsēricors. Quidquid adversum te à Nabāle
 'peccātum est, hujus me ream habē, quamvis ne admit-
 'tērētur præstāre non pōtūērim, quippe quæ missos à te
 'juvēnes non vīdi. Nam Nabal, ut nōmīne [*Vox Nabal,*
 '*Stultum significat*] sic naturā stultus et stolidè fērox,
 'verbis et factis totus desīpit. Me igitur ipsam omnem-
 'que familiam, si ultiōnem expētis, pro unius homīnis
 'insaniā plecte. Quanquam, si quid apud irātum anī-
 'mum valēre mulier mōnendo pōtēst, vīdē ne sērā te
 'deinde pēnitentiā sūbēat, cū sanguīnem innoxium
 'fūdēris. Quas ēnim te conscientīæ labēs in animo habi-
 'tūrum esse censes, quæ vulnera, si irā tuā itā hodie ac-
 'censa fuērit, ut non aliter extingui quā cruentā mul-
 'torum cæde pōtūērit! Tibi in regio solio sēdenti, ad
 'quod te Dei vōlūntas et tua virtus vōcānt, recursābit
 'usque tristis, tot muliērum virorumque immītti ferro
 'mactatorum spēcies, quæ lætitiā tuā corrumpat; et
 'acerbā illā recordātio occurret, quod, sumptā de imbelli
 'hominum gēnere vindictā, nonnihil ē fortitūdīnis et cle-
 'mentīæ tuæ laude abstulēris. Præliāre pōfius, domīne

‘mi, ut sölēs, prælia Domini, et celebrātam illam tuam
 ‘ētiam in infensissimos hostēs tuos animi moderationem
 ‘in solium illibātam perfer. Sic enim fiet, ut, si quis
 ‘pōstēā vitæ tuæ insidiabitur, eam quāsi in fascicūlo vi-
 ‘ventium colligātam custōdiat Dominus; inimicorum
 ‘vērò tuorum animam fundā vëluti rōtātam et excussam
 ‘longè projiciat. Bēnēdic itāque Domino, qui pro sua in
 ‘te mīsericordiā, ipse me tibi obviam ire jussit, ne te
 ‘tuosque sanguine respergērēs. Et hoc tibi, domine mi,
 ‘ab ancilla oblātum munuscūlum suscipias vëlīm, plūrā
 ‘latūrus, si plūribus indīgēbis.’ 1. S. 25.

Tunc, si unquam aliās, intelligi pōtūit, ‘Ut sermo
 ‘durus suscitāt furōrem, sic responsione molli iram
 ‘frangi,’ Aptā Abigailis oratione delīnītus David, ‘Bene-
 ‘dictus, *inquit*, Dominus Deus Israël, qui mīsīt te hō-
 ‘die cito in occursum meum et bēnēdictum elōquium
 ‘tuum. Benedicta quoque tu, quæ, ne sanguinem pro-
 ‘fundērem et neas ipse injurias ulciscērer, deterruisti,
 ‘Alioqui, vivit Dominus Deus Israël, qui mē ab infe-
 ‘rendo tibi malo prohibuit, Nabāli ne cānis quidem ullus
 ‘usque ad crastinam diem reliquus factus fuisset.’ Be-
 ‘nignè deinde et cōmīter quidquid mūneris mulier attūlē-
 ‘rat, accēpit, eique bēnē prēcātus, incōlūmem gaudentem-
 ‘que dīmīsīt.

Abigail dōmum rēversā, conjūgem rēpērit sine ullo
 pericūli, quod inscio impendērat, mētū: extractis regio
 ferē apparātu epūlis accubantem, et inter compōtōres
 cibo pōtuque ingurgitātum. Hōmini ebrio nihil tum a
 sapiente muliēre indicātum est eorum quæ gesta erant,
 At cūm crapūlam ēdormīset exhalassetque; et postēro
 die uxōrem audīvisset narrantem. ‘Quām celēres grā-
 ‘vesque ferōciæ suæ pēnas datūrus fuisset Davidi, nisi
 ‘cum verbis, tum muneribus justam fortissimi viri iram
 ‘placāset;’ terrōre perculsum obtorpuit obrīgūitque
 cor ejus, et quāsi ēmortuum est. Cūmque transissent
 dēcem dies, morte percussit eum Dominus justus judex,
 atque ultor illātæ Davidi injuriæ.

Audīta Nabālis morte, David ad Abigailē mīsīt, qui
 eam sibi uxōrem futūram accersērent. Illā ‘se tali ho-
 ‘nōre indignam *præfātā*, sibi que sātis amplum futū-
 ‘rum, si fungens ancillæ munēre lavāret pēdes servorum

'domini sui Davīdis;' missos ad se nuncios sēcūta est, asīno insīdens, et quinque puellæ iērun̄t cum eā pēdis-sēquæ ejus, factaque est Davīdi uxor.

Saūlis Rēgis despēratio et mors.

Cūm rectè aut perpēram factōrum æquo æstimātōri ac iudīci Deo plācūisset, Davīdis virtūtem, continūis multorum annorum labōribus ac perīcūlis probātam, suā mercēde non amplius carēre; et Saūlis, tum cætēra delicta, tum pertinax adversūs Davīdem ōdium, dēbītā pœnā tandem plecti; Philisthæis tōties victis nova bellandī cupīdo injecta est. Itāque congrēgātis vīribus universis, animis ad fortūter dimicandum pārātis, impētum in terram Israēlitarum fēcērunt, ibīque castra pōsuērunt. Expāvit ad conspectum hostium Saūl; et, quem adhuc prompta in bello audaciā insignem fēcērat, eum timor insōlītus subītō corripūit. Inops consilii, Dominum, cujus mandāta non sēmel contempsērat, consulūit, quid optimum factu esset, et quis expectandus belli ēventūs. 1. S. 28. An. M. 2949. At Deus eos, qui consilia suā et increpationes sæpe despexērunt, etiam quæsītus et invōcātus aliquando non exaudit, cūm irrūit sūper illos repentinā calamitas, et intērītus quāsī tempestas, ingrūit. Nullum ergo Saūli responsum dedit, nēquē pēr somnia, neque per Sacerdōtes, nēque per Prophētas.

In his rerum angustiis nēgātum a Deo responsum per magīcam, si posset, artem ēlīcēre conātus rex fūrens et impius; depōsitis, quīā agnoscī nōlebat, rēgiis insignībus, vēnit nocte duōbus tantūm servis comītātus ad muliērem, quæ Pythōnem, id est, divinandis pīrītum, habēre ferēbātur, petiitque, ut, 'Quem vīrum ipse nōmīnasset, suscītāret e mortuis, et sistēret præsēntem.' Repugnāvit primò mulier, 'Rēgis ēdictā,' oppōnens, 'quībus magos, et hariōlos, e regno suo abstulērat, ērāsērātque; itā ut certā sibi mortis pœnā immīnēret, si interdictas ējūsmōdi artes tractāri ab ipsā compērisset.' Jurāvīt Saūl nihil inde māli ad eam perventūrum, et Samuēlem evocāri postulāvīt. Tum vēro ejus prēcibus annūit mulier. Appāruit itāque augustā et venerandā speciē sēnex, amictus pallio: ad cujus aspectum attonīta et exclamante mulier cūlā Saūl Samuēlem eum

esse intelligens, inclināto in terram vultu venerabundus adorāvit: quærentique, 'Cur se quiētum sollīcitāset?' dixit: 'Se vehementer undīque coarctāri; grāvem instāre Philisthinorum exercitum; nihil humani sup̄esse auxilii, nihil etiā divīni: cūm Deus a se recessisse vidēretur, neque ullum enixè oranti responsum dēdisset. Cogente ergo ultimā necessitāte excitum esse illum et evocatum e sēdibus suis, ut omnis consilii inōpi succurreret; et quam vīvus ōpem tūlerat, eandem ferret et mortuus.' Intempestivas et seras rēgis precēs aversatus Samūel, 'Quid,' *inquit*, me interrōgas cūm Dominus, ut ipse 'intelligis, recesserit a te, et transierit ad æmulum tuum? Quæ tibi, dum inter vīvos numerārer, jūbente Deo prædixi aliquando eventūra, ea mox perficiet, ereptumque e mānu tuā et quāsī abscissum regnum dābit illi, quem tam infesto animo persēquēris, Davidi; quia non obēdisti vōci Domini, ut Amalecitas ad internēcōnem dēlēres, impērantis. Quinetiam illud scito, et Israēlem, et castra traditum īri in mānus Philisthinōrum, tēque et filios tuos ērās mortem oppētītūros.' His vōcibus quāsī fulmīne percussus Saūl corruit in terram, et quantū ērāt porrectus jacuit diu, Donec tandem allēvāri sē passus est; et aliquid cibi, a quo totā die abstīnūerat, mūlier et servi flagitando effēcērunt ut caperet.

Rēliquum noctis quod ērat cūm iter faciendo absumpisset Saūl vēnit mānē ad pōpulum Israēliticum, quem acie ad pugnandum instructā duxit adversus Philisthæos. Congressis exercitibus, inītiū fugiendi ab Israēlitis factum est; quōrum plurīmos, et in his tres rēgis filios, cūm cēcīdissent Philisthæi, tōtum pondūs prælii versum est in Saūlem, quem consēcūti sagittarii grāviter vulnerarunt, timuit rex mōritūrus, ne sibi adhuc spīranti hostēs crudēlius illūdērent; et armigērum, qui a pugnantis latere non discēdēbat, orāvit, 'Ut evagināto gladio percussum dominum incircumcisorum ludibrio erīperet.' Horruit ille, et, tam triste minīsterium abominatus, non paruit. Arripuit itāque Saūl gladium, et, ipse sibi carnifex factus, incūbuit in eum, ac mortuus est. Pūdui armigērum domino superstitem vīvere, et pari exitu accūbuit. Rēgis et filiorum ejus mortem omnium Israē-

litārum fūgā aut cædēs secūta est, et eo die ingenti vic-
tōriā pōitī sunt Philisthæi.

Luctūs Davīdis de morte Saūlis.

Audīto Saūlis exītu, haud sēcus quā si parentis sui,
non autem infensi inīmīci, mors nunciāta esset, lacrymas
profūdīt David. Montibus Gelboe, in quibus cædēs illā
factā fuērat, mālēdixit. Amalecītā, quā sē Saūli
(incertum vērē an falsō) nēcēm illātā dīcēbat, et de-
tracta jacenti rēgīa insignīa quāsī egrēgium mūnus attū-
lērat, interfīci jussit. Cīvibus urbis Jabes Galaad, quōd
Saūlis et filiorum ejus corpōribus justa pie ac magnīficē
persolvissent, verbis et factis gratiam retūlit. Adēdō verus
et constans fuit ejus in mortuum pāriter ac vīventem in-
mīcum āmōr. 2. S. 1. 2.

*David adultērio cum Bethsabee adjungit cædem Uriæ
marīti ejus.*

Cūm sæpe alias, tum præsertim Davidis exemplo, in-
tellectum est, eos homīnes, quos singūlāris mōrum innō-
centia commendāverat, in maxima flagitia ac facinōra
aliquando ruisse præcipītes, si quando virtūtem suam
ōtīō marcescere sīverint, nec priūs ē grāvi cāsu assur-
rexisse quā mīserīcors Deus mānum ipsis porrexit
sālūtārem. Eo tempōre, quo sōlēt rēgēs ad bellā
procēdere, David mīserat Joabum cum numērōso exer-
cītu, ut vastāret agros Ammonitarum, et urbem Rabbath
obsidēret. Ipse intērim rēmānsit Hierōsōlymæ. Dum
hæc āgērentur, accidit fortē ut David vīdēret e tecto dō-
mūs rēgiæ, in quo post merīdiem deambulābat, muliē-
rem nōmine Bethsabee se lāvāntem ex adverso sūper
sōlārium suum. Et, ut formā ērat supra mōdum vēnustā,
captus ejus pulchritūdīne, quam non sātis cautē inspex-
ērat, missis nuntiis, vēnīre ad se mulierem jussit, atque
e religioso vīro factus repentē divinæ legis violātor, turpi
cum eā adultērio sese pollūit. Quōniam vērō sæpe fit, ut
primā culpā maxīmē si grāvis est, altēram citō pāriat;
Urīæ marīto illius muliēris, ex obsidiōne urbis Rabbath
in urbem rēvōcāto persuadēre primūm tentāvit David, ut
domum iret pernoctatum cum uxōre. At ille: ‘ Arcā

‘Dei, inquit, et Israel, et Juda habitant in tentoriis; et dominus meus Joabus, et servi domini mei super faciem terrae cubant; et ego ingrediar domum meam ut comedam et bibam, et dormiam cum uxore mea? Per salutem vitamque tuam non faciam.’ Verum ergo bellicae laude clarissimum a Joabo exercitus duce mitti certam in perniciem, et hostium telis obrui curavit, ut quoniam nullam jam tegendi adulterii spes supererat, cum Bethsabee nuptiis jungi, conjuge interfecto, posset. 2. Sam. 21. An. M. 2969.

Mittitur a Deo Nathan ad Davidem.

Post admissum tam turpe flagitium et tam saevum facinus, quod utrumque Deo plurimum displicuerat, Davidem (o humanae mentis caecitas!) nec pudere videbatur nec poenitere. Natum e Bethsabee filium in regiam domo crescere laetus videbat; et victo nuper Ammonitarum rege, alta foris et intus pace fruebatur, si qua tamen ei esse pax potest, qui mentem gerit recentibus scelerebus inquinatam. Sed Deus, pro immensa misericordia sua, Davidis misertus, eum primo, ut ex Psalmo XXXI. licet conjicere, gravi morbo percussum affixit lecto, et saevissimis confossum doloribus admovuit infirmitatis humanae. Deinde misit Nathanem Propheta, qui in rectam viam revocaret errantem, et caeco, discussa mentis caligine, visum restituere. 2. S. An. M. 2970.

Parabola de ovicula pauperi erepta.

Noverat vir sanctus et prudens quam difficile atque asperum factu sit reges ac principes viros utilibus monitis instruere; et nullum fere relictum esse ad eos severae veritati aditum inter blandas collaudantium undique aulicorum adulationes. Itaque Davidem, non aperta vi, sed quasi per cuniculos, aggrediendum atque expugnandum ratus; ut in conspectu ejus stetit, his verbis exorsus est: ‘Erant in quadam civitate viri duo fortunam longe dispersa; alter quippe omni opum genere abundabat, alter in summa rerum omnium inopia versabatur. Illi magna servorum turba, multa boum armenta, plurimi capra-

'rum atque ovium græges: hic nihil habebat omnino
 'præter ovem unam parvulam, quam, partâ labore mâ-
 'nuum pecuniâ emptam, omni curâ enutrierat. Crève-
 'rat illa apud eum, adolēveratque cum liberis ejus simul,
 'eundem quem ille, panem comedens et in ejus calice bi-
 'bens, et in sinu illius dormiens; eratque pauperi domino
 'eo amore dilectâ, quo patri filiâ solet. Cùm autem
 'peregrinus quidam venisset ad divitem illum tot armen-
 'torum et gregum possessorem, et convivium esset hos-
 'piti parandum, ille bobus suis atque ovibus parcens,
 'unicam illam viri pauperis oviculam, omnes ejus divitias
 'atque delicias, vi ereptam mactavit, et peregrino hospiti
 'epulandam apposuit.'

Hærebant adhuc in animo regis aliquæ prioris justitiæ
 atque æquitatis reliquiæ: et, ubi non officiebat victrix li-
 bido, recti pravique discrimen incorrupto judicio faciebat.
 Itaque medium Prophætæ sermōnem abrumpens, quem,
 quo pertinēret, non videbat, et justa adversus iniquum
 divitem irâ commotus, exclamavit: 'Morte dignum esse
 'qui talia ausus esset, et pro ablata per vim oviculâ quad-
 'ruplum redditurum.'

*Objurgationes et mænæ Prophætæ Nathānis, et Davidis
 Pœnitentiâ.*

Tum Nathan nullâ jam circumfusione utens, et, eâ, quæ
 nuntium Dei mandatâ afferentem decet, fiducia subnixus:
 'Tu es, *inquit*, ille vir.' Commemoravit deinde 'a
 'quibuscum malis Deus liberasset, et quot ac quantis be-
 'nificiis cumulasset; inter octo fratres minimum, vix-
 'dum puberem, et pascentem oves, unctum fuisse regem
 'Israëlitarum; e manibus Saülis acerbo odio furentis
 'divinâ ope ereptum, in mortui solium et potentiam
 'successisse; regiam domum, regiam suppellectilem,
 'regias etiam uxores illi traditas fuisse; quibus benefi-
 'ciis, etsi magna erant, longè majora adjecturum fuisse
 'Dominum; ipsum verò Davidem, conculcatâ lege divi-
 'nâ, ex Uræ Hethæi sinu uxorem rapuisse, et, scelus
 'scelere cumulantem, gladio hostium interfecisse mari-
 'tum innocuum, virumque fortissimum, pessimo consi-
 'lio et exemplo.' Admonuit, 'Nè hæc flagitiosè et

‘ crudēliter admissa spērāret se impūne latūrum ; in-
 ‘ stāre mērenti longam seriem mālōrum, quæ ut acerbi-
 ‘ ōra accidērent, orīginem et quāsi fontem habitūra es-
 ‘ sent ipsius dōmum ; non recessūrum ab eā gladium ;
 ‘ et uxōres illius vīri, qui cum aliēnā adultērium com-
 ‘ mīsērit, impūdīcæ altērius libīdīni in ipsius sōlis ōcūlīs
 ‘ obnoxias fōre.’

Prophētæ objurgationes et mīnas ādeō non impatīen-
 ter tūlit David, et rēgiæ superbiæ oblītus, palām dixērit ;
 ‘ Cognoscēre sē tandem, quām grāvīter adversūs Domī-
 ‘ num peccāset ; nec multiplicēs, quæ luendæ erant,
 ‘ pœnas dēprēcātus sit.’ Tantus porrō fuit, tam vērūs
 pœnitentis dōlor, ut scrutator cordium Deus ei stātīm per
 Prophētam declarari vōlūerit ; ‘ Translātum esse,’ hoc
 est, dīmīssum, ‘ peccātum ejus ; et rēmīssam, quæ adul-
 ‘ tēro et hōmīcīdæ dēbēbatur, mortis pœnam.’

Absālon advērsūs Davīdem patrem conjūrat.

Quæ a Deo justo scēlōrum vindīce missum īri in Da-
 rīdem mālā prædixērat Nathan, ēā illē omnia expertus
 est ; et iis æquo animo fērendis fecit, ut, quæ peccātōrum
 pœna ērānt, essent et rēmēdium. Prīmūm omnium, fili-
 um ex turpi cum Bethsabæe concūbītu editum amīsīt, ut
 mīnātus ērāt Nathan, et amīssō, vitæ necisque arbitrum
 Dominum adōrāvīt. 2 Sam. 12. Deinde, incesto Amnō-
 nis filii sui in Thamārem sōrōrem amōre, et ejusdem
 Amnōnis cæde ab altēro filio Absālōne in sōrōris vindī-
 ctam factæ, fœdātam rēgiā domum cūm vīdisset ; ad ex-
 trēmum armātas adversūs patrem impias filii mānus vix
 effūgit. 2 Sam. 13.

Invāsērat scīlicet Absālōnis animū insāna regnandi
 cupīdo ; nec, mōdō quod concūpiērat assēquērētur, quid-
 quam pensi hābēbat. Nēfāriæ spei adītum sibi struere
 sālūtando, prehensando, oscūlando etiā ignōtos ; vendī-
 tāre suam ōpēram omnibus ; obvīam ire accedentibus ad
 rēgem ; magnificē de sē, de illo criminōsē, lōquī ; dōlō-
 rem simūlāre, quōd nemo esset a patre constitūtus, qui
 singūlōrum quērēlas audīret, dictitāre, ‘ Si quando ipse
 ‘ judex sēdēret, tunc litēs omnes justē et citō adjudicātū-
 ‘ rum.’ Accēdēbat ad hęc, quæ et ipsā quandōque conci-

liatrix animorum est, singulāris totius corpōris dignitas, et ea formæ elēgantiā, cui nullā par ērat in omni Israēle. Ubi his atque aliis artibus illectam hominum mānum comparāvit, patre (quod mīrum vidēri possit) inscio; sēcessit in urbem Hebrōnem, vōti, ut aiebat, persolvendi causā, reverā ut cōgītātum consilium perficēret.

Missis per universas tribūs ad sollicitandam hominum fidem nuntiis, jussērat, statim atque auditus esset clangor buccinæ, sē rēgem appellāri. Factā ergo conjūratiōne validā, Israēl fērē unīversus Absalōnis partes sēcūtus est. 2 Sam. 14, 15.

David ēgrēditur cum sūis ex urbē.

Tunc Davīd de se actum rātus, si intra urbīs Hierōsōlymæ mœnia clausus manēret, suam et suorum sālūtem fūgæ commisit. Egressus est ergo Rex, et unīversā dōmūs ejus, pēdibus suis. Extulērat quīdem sacerdos Sadowus arcam fœdēris Domini; ut fugienti pīo rēgi ēā cōmēs esset et solātium. At ille sive timēns, ne quā in re dēbita, tam pretiōso pignōri reverentiā inter fūgæ trepidatiōnem violārētur, sive se denuntiātas peccātōrum pœnas tunc maxīmē fērentem, tāli honōre indignum existimans; ‘Reportā, *inquit*, arcam Dei in urbem. Si in-
‘vēnēro grātiā in oculis Domini, rēducet me, et ostend-
‘det mihi eam et tabernāculum suum. Si autem dixerit
‘mihi: Non plācēs: præsto sum, fāciat quod bonum est
‘coram sē.’

Transgressus torrentem Cedron David, ascendit cli-
vum Olivārum flens, nudis pēdibus incēdens, et operto
cāpite. Omnis quōquē pōpūlus, qui ērāt cum eō, oper-
to capite ascendēbat plōrans. 2 S. 15. An. M. 2981.

Semei mālēdictā patienter fert David.

Pervēnērunt deinde prōpē oppīdum Bahurim, unde
egressus vir quīdam e cognatiōne Saūlis, nōmīne Semei,
nullā regiæ dignitātis habitā rēvērēntiā, et velut translā-
tum jam esset in parrīcidāles Absalōnis mānūs sceptrum
Davīdem lapīdibus pārīter et mālēdictis cœpit incessēre,
nēc injūriam abstīnūit ab iis, qui a dextro et sinistro latēre

rēgis incēdēbant, fidi fūgientis cōmītes : ‘ Egrēdere, *in-*
 ‘ *quiebat*, ēgrēdere ex urbe rēgiā, et regno, vir sanguinā-
 ‘ rie, et omnium, quos terra sustinet, scēlērātissime. Et
 ‘ tandem ingrūit in te mālōrum prōcēlla, quam crudēlitas
 ‘ tua excītāvit. En ēā te prēmūnt omnia, quorum ex-
 ‘ emplum fēcisti in ālios. Dominum tuum et rēgem
 ‘ Saūlem regno et vitā expūlisti, extincti regnum prædam
 ‘ scēlēris tui fēcisti, unīversam ejus dōmum cædibus vas-
 ‘ tāsti ; et nunc tot facinōrum ultor Deus, ēreptam tibi
 ‘ *viro sanguinum* et tyranno rēgiam pōtestātem transmī-
 ‘ sit in mānūs pōtiōris, filii tui Absālōnis.’

Cūm hæc et āliā prōbrā procācīter ingērerēt, ingenti
 īrā mōtā est cūm cæteris Davidis cōmītibus, tum maxī-
 mē Abisai ; quem ad ampūtandum mālēdīco conviciatōri
 cāput propērantem cohībēns rex patientissimus, expres-
 sa figūra ejus ; 1. *Pet.* 2. 23. ‘ Qui, cūm mālēdīcērētur
 ‘ ei, non mālēdīcēbat ; cum patērētur, non commīnabū-
 ‘ tur : Sinite, *inquit*, ut Semei Davidi mālēdīcat : Domi-
 ‘ nus enim ita præcēpit ei ; et quis est qui audiat quærere
 ‘ quare sic fēcērit ? Ecce filius meus, quem gēnūi, quæ-
 ‘ rit amīmam meam : quantō māgis hic filius Jemini ad-
 ‘ versum me consurget ? Permittite itāque ei, ut mālēdī-
 ‘ cat, sēcundūm præceptum Domini : si fortē respiciat
 ‘ Dominus ea quæ perpētior, et reddat mihi bōnum pro
 ‘ *maledictiōne* hāc hodiernā.’ Incrēdībilem rēgis pa-
 tientiam mīrāti omnes, dicto ægrē pārūērunt, et quod
 rēliquum ērat viæ ad oppīdum Bahurim confēcērunt,
 prosēquente eos cum mālēdictis et lapīdibus, et terram
 spargente imprōbō atque impūdente calumniatōre, quem
 impūnitas audāciōrem fēcērat.

Absālon parentis uxōribus illūdit.

Intērēā rēlictam Davīde urbem Hierōsōlymam in-
 gressus Absālon, convōcātos amentīæ prōditiōnisque
 suæ sōcios consultāre sēcum vōluit quid agēre e re sua
 esset. Aliīs āliā prōpōnentibus, Achitōphel, cui fidēi
 plurīmum habēbātur, et cujus consilia ejūsdem fermē
 auctoritātis adhuc fuērāt, quām missa e cælo oracula,
 nēfārie suasit Absālōni ? ‘ Ut cum tabernācūlum in rē-
 ‘ giæ dōmūs sōlario tētendisset, parentis uxōribus tyrpīter

‘illūdēret, inspectante unīverso Israēle ; futūrum enim, ‘ūt eorum, qui filii partes sequebantur, anīmi confirma-
 ‘rentur māgīs, cum illātā parenti ejūsmōdi injuriā iis
 ‘fācēret fidem, quām vērē āb eo dēfēcisset, omnemque
 ‘rēconciliandæ in postērum cum eo gratiæ spem esse
 ‘præcīsam.’ Plācūit perdīto ādolescenti scēlestum con-
 silium ; et quæ patri in adultērii pœnam ante dēcem an-
 nos mīnātus ērat Nathan, filius nēsciens implēvit.

Domini nutu consilium Achitophelis dissipatum.

Altērum Absālōni consilium dēdit bellīcārum rērum
 perītissīmus Achitophēl, quod ad bellum ūno die patran-
 dum pertinēre vīdebātur. Censuit quippe, ‘Davīdem
 ‘et sōcios ejus, qui lassī, sōlūtis mānibus et fractis anīmis
 ‘ērānt, quamprīmūm esse opprīmēndos ;’ et eam in
 rem ultro ōpēram suam obtūlit. Sēd Domini nūtu dis-
 sipātum est consilium Achitophēlis ūtile, ut inducēret
 Dominus sūper Absālōnem mālum, brēvēmque parrī-
 cīdæ lētitiā cītō excīpēret acerba mors. Et hac vīce
 consilio Achitophēlis mēlius vīsum est consilium Chu-
 sai, qui, Davīdi clām fāvens, dixērat Absālōni senten-
 tiam ejus exquīrenti ; ‘Non esse eī tentandum pugnæ
 ‘discrīmen, antēquam quidquid vīrium habēbat ex cunc-
 ‘tis regni partibus in ūnum collēgisset.’ 2. S. 16.

Absalon fratrem victus transfoditur.

Chusai ōpērā certior factus Davīd, quæ esset conjūrā-
 tōrum mens et consilium, Jordānem amnem transmīsit.
 Atque ubi commeātu, rērumque aliarum, quæ bello usui
 esse sōlent, cōpiā nonnīhil recreātus est, et aliquando
 majōre, quām cūm ex urbe fūgērat, nūmēro mīlitum in-
 structus ; stātuit adversus crescentes māgīs ac māgīs
 conjūrātōrum vīres ferro decernēre : quōniam nulla eos
 plācandi rātio esset. 2. S. 17. Rēcensūtis ergo mīlitibus
 Centuriōnes præfēcit et Tribūnos, et divīso trifāriam
 exercītu, partem unam Joabo, altēram Abisai, tertiam
 Ethai cūrandum tradīdit. Ipse antē signā stāre, licet
 jam duos et sexaginta annos nātus, et commūnem belli
 aleam sūbīre vōlūērat ; sēd tam chārum capūt pugnæ

periculis offerri populus non sivit. Cæterum, ut insitam a natura filiorum animis pietatem in parentes abjecerat Absalon, non ita paternam charitatem exuerat David; et cum prælio adesse non posset, ut impii filii vitæ ipse præsens caveret; stans juxta portam urbis Mahanaim, milites per turmas exeuntes et præpósitos iis ducēs obtestatus est, 'Ne savirent in Absalonem; sed patri incolumem servarent.' Aliter visum erat violatæ paternæ majestatis ultori Deo. Concurrere acies numero militum et bellandi causâ dispares; quippe alterâ, paucos numero milites complectens, jurâ patriâ et régia propugnabat: alterâ insanos proditoris et parricidæ conatus magnis opibus et copiis fovebat ac tuebatur. Acriter utrimque certatum est, et nihil omissum quod bellicæ virtutis esset aut artis. Sed tandem Deo in eum partem, undè jus stabat, victoriam inclinante, tergâ dederunt Absalonis milites; et effusâ fugâ passim dispersos inséquente hoste, ad viginti hominum milliâ cecidère. Ipse, qui superbos altosque spiritus gerebat, præm animo suo exitum sortitus est. Nam dum celso mulo sublîmis, subtèr cõdensam quercum præcipiti fugâ rapitur, capilli, quos densos admõdum et longos gestabat, itâ ramis arbõris unâ cum capite impliciti cohæsere, ut ille cælum intèr et terram altè suspensus permanserit, mulo, cui insederat, post amissum sessorem, cursum proséquentè.

Viderunt multi e Davidicis militibus veluti divinâ mænû prohibito a fugâ, et patibulo affixum juvenem impiûm; et ejus perfidiam exécrari satis habentes, mânûs ab illo continere, ne patris dõlõrem, filii cui parcitum voluerat, cæde gravarent. At Jõabus, cui dissoluta patris in filium benignitas, videbatur, omnem Davidi locum præripere festinans mitiùs agendi cum immèrente, tres lanceas in cor pendentis defixit. Et cum adhuc palpiteret hærens in quercu, concurrentes decem juvenes armigèri Jõabi, repëtitis ictibus confossum intèremèrunt. Tum detractus e quercu, in grandem foveam projectus, et magno comportatorum lapidum acervo obrutus est; dignam factis suis mercèdem consecutus. 2. S. 18.

David Absälōnem filium lugēt.

Stābat intērēā rex ad portam urbīs, tum de pugnæ eventu tum maxīme de Absälōne suo sollicitus. Cumque ingenti cæde prostrātos hostes, filium quōquē interfectum audīvisset; nīhil ex insigni victōriā, quæ de hostibus quīdem, at cīvibus suis, rēlātā ērāt, lætitiæ percēpit: sed filium, in ipso parricīdio mortūum, æternis plecendum esse pœnis anīmo rēpūtāns; tristem ējus exitum, quem suā ipsius morte rēdemptum optasset, piis lacrymis prosēcūtus est, et itērum atque itērum exclāmāvit: ‘Fili mi Absälōn, Absälōn fili mi, quis mihi tribūat, ut ego ‘mōriār pro te Absälōn fili mi, fili mi Absälōn?’ Et cū flendi ac quērendi nec mōdum nec fīnem fācēret; sēd operto capite dōmi inclūsus filium mortūum nōmīne inclāmāret; ingressus ad rēgem Jōabus, tum prēcibus tum mīnis pervicit tandem, ut se conspiciendum præberet ac sālūtandum pōpūlo; qui ex hoste victor rēdiens, ādeō non ausus ērat in paterno mœrōre urbem unīversus ingrēdi lætantis anīmo atque habītu, ut, versā in luctum victōriā, furtim quisque ingressus esset, eōdem fērē pūdōre, quo solēnt qui victi, et e prælio fūgā elapsi sunt. 2 Sam. 18, 19.

David Sēmēi veniam prēcanti ignoscīt.

Cū David rēvocātus a tribu Juda in urbem Hierosolymam rēdīret, singulæ civitatēs quāsī suis excītæ sēdibus in rēgis occursum prōpērant. Tum manāre aliis præ gaudio lacrymæ, quōd tam benignūs in pacē rex, tamque fortis in bello impērātor sibi restitūtus esset; suam alii stultitiā incrēpāre et fluxam fidem, quod adolescentem impiā invadendæ paternæ pōtētiæ cupidīne correptum, justo, utpōte dīvinitūs electo, rēgi prætūllissent; omnēs stūdio in rēducem et obsēquiō certāre.

Adest mālēdicus ille conviciātor Sēmēi: qui suæ adversūs optimū rēgem petūlantīæ sibi conscius, fracto nunc et abjecto anīmo procēdit ad pēdēs ējus, et hūmī prostrātus rōgat, ‘Ne mēmīnerit insectatiōnum et male-dictōrum suorum; se agnoscēre quā gravīter peccā-

‘vërit; sed ut sua insignis in rēgem procācitas fuit, sic
 ‘jam rēvērēntiam et fīdem ēmīnere.’ Fictam aut tardiō-
 rem perfīdi homīnis pœnītentiam, et sōlo mortis mētū
 expressam peccāti confessiōnem, non tūlit Abisai, et
 qui convicia confīdenter et prōtervē fundenti cervīcem
 abscindere antēā vōlūerat, dēbitam pœnam ētiam ad hū-
 miles prēcēs descendenti tandem irrōgāri postūlābat.
 Sed quam pātīens injūriæ in rēbus adversis fuērat David,
 tam fuit clēmēns in sēcundīs. Nam eandem, quam prius,
 in Sēmēi bēnignitatem animi rētīnens, et incrēpito Abisai,
 ‘Quod eo ipso tempore quo sibi adultēro olim et homi-
 ‘cidæ regnum et vitām servāset Deus, se ad plecten-
 ‘dam capitāli supplicio verbōrum injūriam excītāret;
 ‘nolle se ait, præsēntem lætītiā cūjūsqam fūnere cor-
 ‘rumpi, ac fœdāri: et jūravit non esse mōritūrum Sē-
 ‘mēi.’ 2 Sam. 19.

Om̄nem pōpūlum Israēlītīcum rēcensēri jūbet David.

Extinctis mērītā morte Absālōne et Seba pessīmis re-
 rum novandarum auctōrībus, rediērant toto corde ad Da-
 videm omnes Tribus Israēlis; et Philisthæos armā sem-
 p̄r infēliciter adversus Davidem tentāta retractāre ausos
 magna clādēs affēcērat. Compressis ergo tam extēris
 quam domesticis mōtībus, plācidā pācē flōrebat regnum
 Israēlītīcum, et magnis tum vīrōrum tum ōpum auctibus
 crescēbat. Tunc, ūt adversus sūperbiæ venēnum vix un-
 quam sātis cautā ullā piētas est, rēgem propter imp̄rii
 incrēmentā sibi fortasse pōtīus plaudentem, quān bōnō-
 rum omnium auctōri Deo grātiās āgēntem, mala cupīdo
 incessit recensendæ gentis Israēlītārum; et jussit exer-
 cītus sui princīpem Jōabum, p̄rāgrātis omnībus tribū-
 bus a Dan usque Bersabee nūmērāre eos vīrōs qui viginti
 annos et supra hābērent.

Vīdit vīr āliunde non admōdum religiōsus censum
 illum cūjus nulla probābilis causā occurēbat, ingrātum
 fore Deo; ‘Quem, *respondit*, ōrāndum pōtīus esse ut adau-
 ‘gēret pōpūlum ac centies majōrem effīcēret, rēgi vērō
 ‘omnīno depōnendam intempestīvam illam, et quæ for-
 ‘tasse funestā quoque futūra esset, nūmērū suōrum
 ‘ineundi libīdīnem.’ Sēd, ut vehementes plerumque sunt

et obstinātæ regiæ vōlūtātes, et id consilii Davīdi in mentem vēnīre permīsērat Deus ut Israēlītas, adversūs quos ob peccāta irātus ērāt, punīret; nec princīpi militiæ nec aliīs dūcībūs recta mōnēntibus pārūit. Per dēcem circīter mensēs lustrātā est terrā quæ sub rēgis ditiōne ērāt, factāque a Jōabo et oblātā rēgi descriptiōne pōpūli, inventā sunt in Israēle undēciēs centēna millia vīrōrum fortium qui ēdūcēre gladium ad pugnandum possent, et in Judā circīter quingenta millia. Nēque tāmēn Jōabus numēravit tribūs Levi et Benjamīni, eo quod invītus exsēquērētur rēgis impēriū.

Septuaginta hominum milliā pestis absūmīt.

Vix id rescīvit David cūjus cognoscendi cupīdīne tantā flagrābat, cūm eum taliā optāsse ac mandāsse pūddīt penituitque; et percutiente eum corde suo dixit Domino: ‘Peccāvi valde in hoc facto; sēd prēcōr, Domine, ut transfērās inīquītātem servi tui, quīā stultē ēgi nimis.’ Sēquenti die accessit ad eum, itā jubente Deo, Gad prophēta, et dixit: ‘Triūm tibi dātur optiō, quod ex his vōlueris ūnum ēlige. Aut tribus annis vēniet tibi famēs in terrā tua; aut tribus mensībūs fūgiēs adversārios tuos, et illi te persēquentur; aut certē tribus diēbus gladius Domīni et pestilentia versābitur in terrā tuā. Nunc ergo delibērā, et vīde quīd me rēnunciāre vēlis ei a quo missus sum.’ Ad tāles angustias rēdactus David respondit: ‘Coarctor suprā mōdūm; sed melius est ūt incidam in mānūs Domīni (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quām in mānūs hominum.’ Et rejectis famīs ac bellī mālīs, a quibus rēgēs tūtos pręstāre solēnt ōpēs suæ, mālum regnantibus æquē ac plēbēcūlæ formīdandum, pestilentiam ēlēgit. Quæ cūm in omnēs sinē discrīmine passim sāvīret, itā ūt septuaginta hominum milliā absumpsissēt; et vīdēret David Angēlum stantem intēr cælum ac terram gladio ēvaginatō et verso contrā Hierōsōlymam; humi prostrātus intēr majōrēs natu ciliciis vestitos, se unum pro omnibus pænæ offerebat, dīcēbātque; ‘Ego sum qui peccāvi, ego inīquē ēgi. Istē grex quid commērūt? Domine Dēūs meus, vertatur, obsēcō, mānūs tuā in mē et in dōmum patris mei;

‘pöppulus autem tuus non percütĩatur.’ Tum, erecto altari in areâ cujusdam Areunæ sive Ornan Jubusæi, sicut Dei jussu eum mōnūerat Gad Prophēta, Domino holocausta obtūlit, quæ misso ē cælo igne acceptā hābēre vīsus est; mīsertusque pērēuntis hominum turbæ, et placātus Davidi dixit Angelo percutienti: ‘Sufficit; nunc ‘contīnē mānum tuam.’ Convertit ille glādium suum in vāgīnam, et stātīm desīt grassārī pestilentĩā, cohībītāque est plagā ab Israēle.

Sita autem erat areā illā Jebusæi in monte Morīā, ubi Abrahāmus filium Isaacum Domino in holocaustum offerre pārāvērat; et hunc ipsum locum ad ædificandum Deo templum deinde elēgit David. 2 Sam. 24. An. M. 2987.

~~~~~

*Ezechias a rerum Sacrarum curā, regnandi exordium dūcit.*

Ex viginti rēgibus Judæ, qui a Salomōnis morte annos circiter quadringentos impērium obtīnuērunt, insignis paucōrum in Deum piētas fuit, multōrum vērō impiētas. Quemādmōdum autem intēr impīos præ cætēris numērātus est Achaz; sic intēr pīos excelluit filius ejus Ezechias, qui tāli patre gēnītus, exemplo suo comprōbāvit piētātem, bōnōrum omnīum præstantissimum, non a parentibus ingēnērari filiis et trādi, sed desūper fluere ab eo, ‘A quo ūno est omnis sapiētiā, et omnē dōnū optīmū. Eccl XV. Prov. II. 1 Jacob. I.

Rēgiam pōtēstātem ādeptus eā ætāte quā plērumque libīdīnēs sese pōfundunt unīversæ, non se inertīæ neque luxūriæ corrupendum dēdit; vērūm a rēbus sacris regnandi inītiū dūcendum rātus, ipso pīmo regni mense clausas dūdum a patre valvas templi Domini apērūt instaurāvitque, congrēgātos Sacerdōtēs ac Levītas blandē compellans admōnūt: ‘Multos jam annos omnīpōtentis ‘Dei cultum nēglectum jacere; nullam Tabernāculi rēvērēntiam esse, nullam sacrificiōrum cūrā. Concītātum fuisse proptērēā fūrōrem Domini adversum Judam, trādītōsque multos et in sībilum, et in captivitatē, et in intērītum. Prēcibus tandem et pīo cultu plācandam esse iram dīvīni Nūmīnis, et nōvum cum eo

‘fœdus inēundum. Eos porrò cætëro pöpulo præire  
 ‘exemplo oportëre, quos sibi mīnistros ipse ēlēgisset  
 ‘Deus.’

Eo, quo pār ērat, gaudio rēgis verba excepta sunt, et omnibus facta spēs illum in Davidis mōrēs atque insti-  
 tūta abītūrum. Stātim dōmūs Domini, et cunctā ejus  
 supellex, et vāsā quæ Achaz pollūerat, ab omnibus sor-  
 dibus per dies multos rīte purgātā sunt, et expiātā.  
 Tum Ezechīas mēdius intēr omnēs principēs cīvitātis,  
 quos proptērēā convōcāverat, ascendit in templum, et  
 tam suo quam illōrum nōmīne obtūlit et tauros, et ariētēs,  
 et agnos, et hircos, quos mactāvērunt Sācerdōtes  
 pro piāculo unīversi pöpuli Israëlīs. Cumque finītā  
 esset *oblatio*, rex, et omnes qui adērānt, incurvāti ad-  
 rāvērunt. Obtūlit quōque unīversā multitūdo et laudēs  
 et hostias, et hōlocaustā mente dēvōta, atque, ut victīmā-  
 rum sanguīne imbūi altāre non dēsīnēret, prōvidens,  
 bōvēs sexcentos et tria ovīum millia Domino consēcrāvit.  
 Cū autem sacris opērārentur Sācerdōtēs, stābant Levītae,  
 ex mandāto Ezechīæ, cum cymbālis, et psalteriis, et cithā-  
 ris et aliis orgānīs, quibus clangēbant et concrēpābant cā-  
 nēntes laudēs Domini, et cantantēs psalmōs Davidis et  
 Asaph, omni turbā intērēā prōnā adōrante. Magnā por-  
 rō lætitiā perfūsus est Ezechīas et omnis pöpulus quod  
 tam faustā repentē rērum mūtatio factā esset, et hanc  
 sibi mentem immīsisset Dominus. *An. M. 3278. 2 P.*  
*29. 2 S. 11.*

*Celebrāndi Paschātis consuētūdo rēnōvātūr.*

Haud multo pōst inīto cum principibus et cīvibus  
 Hierōsōlymæ consilio, Ezechīas dñū intermissam cele-  
 brandi Paschātis consuētūdīnum rēvōcāre stātuit. Et  
 pro eo quo ardēbat stūdio, verā piētate imbūendi non eōs  
 sōlūm, qui suo subjecti essent impērio, sed etiam disper-  
 sos per quaslibet tribus Israëlitas; nuncios alios alio  
 dīmīsit, cum epistōlis, quibus hortabātur omnes: ‘Ut  
 ‘rēvertērentur quamprīnum ad Dominum Deum patrum  
 ‘suorum Sic enim futūrum,’ affirmābat, ‘ūt Deus qui  
 ‘clēmens esset et mīserīcors, non avertēret faciēm suam  
 ‘ab ipsis; sed et pressos duro servitii jugo rēducēret in

‘patriam; et reliquias, quæ effugerant manum Theglathpalasari, regis Assyriorum, præsentî auxilio adjuvaret.’ Orabat ergo ‘nè indurarent cervicēs suas; sed tradèrent potius manus Domino, ac servirent; et alacres propèrarent ad sacrarium ejus.’

Singulas civitates velociter peragravere cursores regii, multis illos irridentibus et impiè cavillantibus, dum alii Ezechiae consillio obtempèrantes ibant in urbem Hierosolymam. At verò, qui hominum corda pro arbitrio flectit Deus, hanc cuncto populo Judæ mentem dedit, ut regi salutaria suadenti ultro obsèqueretur. Itaque eâ hominum lætitiâ et frequentîâ, eâ etiam victimarum cõpiâ quantâ nunquam antèâ, Azymorum et Paschæ solemnitas celebrata est. Quippe duo millia taurorum, et ovium septemdecim milliâ multitudîni præbita sunt a rege et principibus. Benedixerunt populo Sacerdotes atque Levitæ: et exaudita est vox eorum, perveneruntque precēs ad domum sanctam Dei in cælo. 2. S. 30.

*Deorum simulacrâ et serpens æneus confringuntur.*

Cùm rite et sanctè peractæ fuissent Paschales ceremoniæ, quibus præter morem additi fuerant diēs septem in gratiam populi ita postulantis: omnes conversis jam ad unam veram religionem animis, et falsorum Deorum cultum detestati, per singulas urbēs, non Judæ solum et Benjamini, sed etiam quarundam aliarum tribuum, diversi abire; neque piâ irâ accensos prohibuit simulacrorum elegantîâ aut materiâ, ararum opulentiâ, amœnitas lucorum, quominus cunctâ frangerentur, demolirentur, succiderentur.

Quod ut libentiùs et majore animo facerent; Ezechias, qui suos factis multo magis quam verbis admonēbat officii, ipse confrēgerat serpentem æneum, quem a Mōse, jubente Deo, erectum in deserto, per ætates multas omnî curâ et rēverentiâ servavērat Israël; prætiōsum quidem depulsæ quondam ad ejus aspectum lethâlis plagæ monumentum, et clarum exaltandi aliquando in crucem Christi signum; sed cui, declinantibus, ut ferè, fit, a priscâ veneratione in pravam religionem animis, jamdudum thus adolēri mos erat.

*Sacrificiis et Sacrorum ministris prouidet Ezechias vincitque Philisthaeos.*

Suâ divîno cultui restitûta integrîtate, definîtis etiam, quæ aut Sacerdôtum aut Levitârum ordîni implendâ erant sêcundùm Mōsis lēgem officiis, rēgiârum divitiarum usum nullum pōtiōrem existimavit Ezechias quàm si earum pars aliqua in divînæ majestâtis honorem cēderet. Vōluit ut certus quotannis sumptûs e re suâ impendērēt in holocaustum Domino per singûlos diēs manē et vespērē offērendum, Sabbâtis quōquē, et cālendis, et sōlemnitatibus cætēris.

Prōvīdit etiam, ut Sacerdōtibus et Levitis, qui templi ministērio erānt addicti, suppētērent quæ ad victum essent necessāriâ, quo omnis propter illâ cūræ expertes suo quisque officio, sicut ôlim a Mōse constitûtum fuērat, tōti vācārent. Præcēpit ergo ut prīmitiæ iis dārēntur et dēcimæ. Quod mandātum rēgis cùm percrebuisset, pervēnissetque ad aures multitudînis, illico tantum frūmenti, et vîni, et olēi, et mellis, et omnium, quæ e terrâ gignuntur, obtulērunt, ut satūrâtis Sacerdōtibus ac Levitis, et acervos eorum quæ rēmanserant exhibentibus, horrēâ in dōmō Domini aut vêtērâ reficī aut nōva ædificari rex jussērit, ad condendas quârū magnâ cōpiâ erāt, rēliquias. 2. P. 37. 2. S. 18.

In his et aliis, quæ ad rēvōcandam augendamque rērum divînarum curam ac rēvērēntiam præstitit Ezechias, rēquīrens Deum tōto corde suo, ôpērātus est quod bōnum erat et rectum et vērū coram eō. Et ut adhæsit Domino, fēcitque mandātâ ejus, fuit quōque Dominus cum illo, itâ ut in cunctis quæ aggrēdērētur sapiēnter ac fortiter se gēreret. 2 P. 31. v. 20. 21, 4. R. 18. v. 5, 6, 7.

Spērāvērānt Philisthæi rēgem qui tōtus in Dei sui cultum versus vidērētur, nīhil anīmi ad bellum aut infēndum aut propulsandum hābitūrum. At magnâ clade ab Ezechia affecti intellexērunt, illam anīmi fortitudīnem, quæ in sūbēundis armōrum pericūlis pōsita est, piētate in Deum, si cui ea contigit mīrum in mōdum augēri, non vērō frangi aut debilitārī. Nōluit quōquē Ezechias servīre Assyriis, et impōsitum sibi jugum tribūti excussit. 4. R. 28. v. 8.

*Sennacheribus multās Judæ urbēs cāpīt.*

Ubi pōtentissimus Assyriōrum rex Sennacheribus adivit Ezechīam a pendendo tribūto immūnem regnāre velle, eum armōrum vi cōgēre ejusque regnum omni clade vastāre stātuit. Itaque cōactā innumērābili peditum, equitum, et quadrigārum multītūdīne, in Judæ fines irrūpit, privātam tantūm injūriam, ut pūtābat ultūrus. At virga ērat et bācūlus furōris Domini. Ipse sībilo immensā illā agmīna, quāsī apum examīna, evōcāverat. Ipse exundantes illas rāpīdi flūmīnis aquās in terram Judæ adduxerat. Ad fāmam adventantis hostīlis exercītus, fūgā passīm ex agris in locā mūnītā fieri, concurrere ad arma qui militāris ætātis essent; urbium munimenta collāpsā reficī, nōvā exstrūī; frumenta, missilia, et alia quæ fērendæ obsidiōni usui esse pōtērānt, undīque comportāri. Sed irrīta omnis illa trēpidatio, irrītus lābor fuit. Ubi longē ac latē vacūos campos obtīnuit Sennacheribus, huc et illuc arma circumfērens, cīvītātes nātūrā aut ōpēre mūnītas, ālias intra paucos dies expugnavit, alias sōlo nōmīnis sui terrōre rēserātis portis victōrem exercītum accipere cōēgit; itā ut una ferē supēresset urbs Hierōsōlyma, quæ incendiī cuncta corripientis vim pōtius nondum experta, quā lātūra, vidērētur. 2. S. 18. 2. P. 32. Is. 28. An. 3291. Is. 10. 5. c. 7. 18. c. 8. 7.

*Ezechīas pōpūlum hortātur ad spem rēpōnendam in Domino.*

In rēgiam urbem omnem belli impētum ac mōlem verti intelligēbat Ezechīas, sīmulque quā pārum præsīdii aut in murōrum munitionibus aut in cīvium fortītūdīne rēpōnendum esset. Nihil expectābat auxiliī ab Æthiōpibus et Ægyptiis; ad quos ut lēgāti et munēra mittērentur, nonnulli principum, ipso frustra adversante, pervicērant. Tōtam in Domino exercītuum spem pōnēbat, ab eo ūno sālūtem expectandam pūtābat ac prādicābat. Habito tāmēn cum principibus et vīris rerum bellicarum perītis consilio, ex commūni omnium sententiā industriē āgēns, ea fēcit quæ hostibus incommōdo, cīvī-

bus verò salutī esse possent. Fontium, qui extrā urbem fluērent, capīta obturāri, et rīvos omnes qui campos interfluēbant averti, qui infīnīta illā homīnum ac jumentōrum multitūdo siti confīcērētur, cūrāvit. Eversum mūrū restitūit, altērum forinsēcus addit, et turrēs sūperexstruxit. Tum glādīos, et hastas, et clypēos, et alia omnis gēnēris arma tēlāque excūdi jussit, et in exercītu suo multos dūcēs ac præfectos constitūit. 4 R. 18, 30. Is. 36. 15.

Pōstquam nihīl non pārāsse ac mōlītus esse vīsus est, quod ad hostem humānis vīribus propulsandum a muris valēre posse pōpulus jūdīcāret; eam quam pectōre fōvēbat divīni auxiliī spem non dubiam in suorum quōque animos tentans transfundēre, iis in platēā congregātis dixit. ‘Vīrīlīter agīte, confortamīni. Nē paveātis, et nōlīte tīmēre rēgem Assyriōrum, atque ūnīversam multitudīnem quæ cum eō est. Multo enim plures nobiscum sunt, quā cum illo. Est quippe cum illo brāchium carnēum; nōbiscum verò Dominus Deus, qui auxiliātor est noster pugnatque pro nōbis.’ Nonnīhil ad cœlestis ōpīs spem ērectus est animus multitudīnis cū his Ezechīæ verbis, tum Isaīæ Prophētæ monītis ac vātīciniis, qui jam antēā ventūrum Assyriūm prædixērat, ejusque itīnēra, castrōrum metationēs singūlas, victōrias, sacrīlēgas, mīnas et cogitātiōnes, quāsī vīdēns audiensque prænunciārat; et tum ferōcīssīmum hostem quāsī laguncūlam, confringendum esse et contērendum et conculcandum, salvā urbe Hierōsōlymā affirmāre non desītēbat. Is. 10. 24, &c. 14. 24, 25.

*Ezechīas ā mortē imminentē libērātus.*

Dum in urbe omnia belli appārātu strēpunt, et alii, pro cujusque ingēnio, mœrōre confecti jācēt, alii vāriā obsidiōnis māla fortīter latūri vīdentur; Ezechīas sūbito morbo correptus est. Qui cū quotīdie māgis ingrāvescēret, accessit ad ægrum Isāias Prophēta, et nihīl rēgiam majestātem rēvērītus ubi impērānti Deo pārendum esset, dixit ei: ‘Hæc dīcit Dominus: Rebus tuis prōvīdē, quīā mōrīēris tu, et non vīves.’ 4 R. 20. 2 P. 32. Is. 38. Rēgis dolōrem vehementer augēbat pius tīmor, ne

et mōrbus quo conflictabātur et denunciāta proximā mors grāviōris delicti, in quod fortasse incidisset imprūdens, pænā essent ; maxīmē cum nec dum ei ulla stirps virīlis esset, quam tāmēn in Davīdis postēris usque ad Messīæ tempōra non dēfūtūrām, pollicītus fuērat Deus. Itāque averso a lūce vultu, conversusque ad pariētem, magno fletu orāvit Dominum ut mīserērētur suī. Prēcibus ejus ac lacrymis mōtus Deus, mutātā stātīm sententiā, ‘Eum  
 ‘ intra dies trēs, depulso morbo, vālentem ascensūrum  
 ‘ esse in templum : quindēcim annos ejus vītæ additum  
 ‘ iri ; et urbem Hierōsōlymam ab rēgis Assyriorum as-  
 ‘ sultibus libēram fōre pollicītus est. Quæ Dei prōmissā  
 ‘ ut præsenti signo confirmāret Idem, qui ēā fērēbat Pro-  
 ‘ phēta Isaias, sōlis umbram ipsumque sōlem per dēcem  
 ‘ retro linēas in hōrolōgīo rēverti, rēge itā postulante,  
 ‘ jussit.’ *Is.* 38. 8. *Eccl.* 48. 26.

*Ezechias thesauros suos Babylonis ostentat.*

Ubi prīmūm ex morbo convālūit Ezechias, grātias ēgit ei qui pro suā pōtentiā et sāpientiā mortāles ‘dēdūcit ad  
 ‘ infērōs, et rēdūcit ;’ ediditque cantīcum quod in libris Isaīæ Prophētæ exstat. Nēque tāmēn (quæ est humā-  
 næ mentis infirmītas sempēr in præceptis rūentis, nisi præsens adsit auxilium Dei) rētribūit ille Domino sēcun-  
 dūm bēnēficia quæ accēpērat ; sed ēlēvātum est atque exaltātum cor ejus. Vēnērant cum mūnēribus et littē-  
 ris missi a rege Babyloniōrum lēgātī, qui Ezechīæ resti-  
 tūtā valetūdīnem gratulārentur ; et, ut sīdērum mōtus sēdūlō contemplārī sōlēbat Babylōniorum gens, interrō-  
 gārent de portento, quōd nūper accīdērat. *2 S.* 20. 2  
*P.* 32. *Is.* 39, 6. ‘Tunc Deus, cujus judīcia abyssus  
 ‘ multā, et viæ investigābiles, dērēliquit eum, ut tentāre-  
 ‘ tur, et nōta fiērent omnia quæ-ērānt in corde ejus. The-  
 ‘ sauros ille sibi plurīmos congrēgāverat argenti, et auri,  
 ‘ et lapīdum prētiōsōrum, et aromātum, et unguentōrum,  
 ‘ pigmentōrumque, et vasōrum, et armōrum. Apothēcas  
 ‘ quōque habēbat frumentī, vīni, et olēi, præsēpia jumen-  
 ‘ torum, et caulas pecōrum, et grēgēs ovīum, atque ar-  
 ‘ mentōrum innūmērābiles.’ Hæc ille unīversa et sin-  
 gūla, quibus ab ipso Domino inclytus fuērat factus, lēgā-

tis Babylōnicis ostendit, plus æquo lætus, et quod unus cordium scrutātor Deus cernēbat, sibi ipsi plaudens, ac tacite sūpēbiens. *Ps.* 35, 7. *Rom.* 11, 33. Hanc in pio rēge mentis ēlatiōnem non impūnītam vōlūt ‘qui quos āmat, argūit et castīgat.’ *Apoc.* 3. 29. et ad eum mīsīt Isaiam, qui denunciāret: ‘Omnes illos, quos Ba- bylōniis ostentasset thēsauros esse aliquando in eorum mānūs transfērendos; et filios ejus in aulā rēgum Ba- bylōniorum servīlibus mīnīsteriīs functūros.’ Agnōvit ille et culpæ grāvītatem et æquitātem pœnæ. Et quia *hūmīliatus* est tam ipse quam habitātōres Hierōsōlymæ, idcirco non vēnit sūper ēos irā Domini tempore rēgis Ezēchīæ.

*Ezechīam adversūs Rabsacis impīa ac sūpērbā dictā consōlātūr Isaiās.*

Intērēā urbem Lachis cum unīverso exercītu obsidēbat Sennacherībus. Ad quem cū Ezechīas trecentā talenta argenti et triginta talentā auri mīsisset, ut pācem rēdīmēret, et ab urbe rēgiā tempestātem māgis in diēs immīnentem avertēret ille acceptā pēcūniā quam rēgi ‘a se peccātum fuisse dīcenti, et pācem oranti, impērāvērāt,’ prōmissis non stētīt, et non mōdō belli consīlium non abjēcīt; sed etīam trēs exercītūs sui dūcēs cum parte cōpiārum īre Hierōsōlymam ad Ezechīam jussit. Qui cū rēgem ad collōquium frustrā ēvōcāre tentāssent, unūs intēr ēos, nōmīne Rabsaces, dixit eis quos ad cognoscenda lēgātorum postūlāta mīsērat Ezechīas, stante suprā mūrūm atque audiente pōpūlo: ‘Ezechīam ināni fiduciā nītentem defēcisse a magno rēge Sennacherībo. Nullam ei spem rēpōnendam esse nēque in rēge Ægypti nēque in Deo sūo; quōrum altēr bācūlus esset arundīnēus, cui si quis innixus fuerit, comminūtus ingrēdiātur et perfōret mānum ejus; altēr non māgis pōpūlum Judæ ab Assyriorum armis tūtum præstītūrus esset, quān gētes plūrīmas sui dei præstītissent. Plēbem mōnūt ut cāvēret, ne in apertam pernīciem præceps ruēret, et se vānā persuasiōne delūdi pātērētur a rēge suo, qui certum auxiliūm pollīcēbātur ejus dei cujus vōluntāte ipse ēgressus esset ex Asia rex Sennacherībus



‘ ad disperdendam gentem quæ rebelli regi pāreret. De-  
 ‘ nique nihil a civibus Hierôsôlymæ fieri melius posse  
 ‘ contendit, quàm si eum regem, que nullâ locorum a-  
 ‘ spëritas, nulla militum cõpia, nulla humana divinaque  
 ‘ vis retardârat, intra portas ultro reciperent, sub illius  
 ‘ deinde auxilii umbrâ comesturi unusquisque in patrio  
 ‘ solo de vineâ suâ et de ficu suâ, et bibituri aquas de  
 ‘ cisternis suis; aut transfèrendi in terram, quæ similis  
 ‘ esset terræ eorum; terram fructiferam et fertilem, ter-  
 ‘ ram et panis, et vini, et olèi, et mellis feracem.’ 4 R.  
 18. 2 P. 32. Is. 30.

Cum hæc aliâque multâ et adversum se et contra Do-  
 minum Deum sùperbè atque impiè dicta ad sollicitan-  
 dam pöpuli fidem accèpisset Ezechias; sc̄dit vestimenta  
 sua, opèruit se sacco, et ingressus templum, ut divinam  
 spem implorâret, pr̄imos regiæ dõmûs ministros, et sē-  
 niõres Sacerdotum, saccis pariter õpertos, ad Isaiam mī-  
 sit, qui referrent, ‘ Quam sacrilègas in Deum vocēs effū-  
 ‘ disset nõmine regis sui Rabsaces. Jácere in dõmo  
 ‘ Domini hūmi prostratum Ezechiam, iisdem excrucia-  
 ‘ tum dõloribus, quibus soleret mulier parturiens; et,  
 ‘ quõniam timèret ne præcēs suas iratus Dominus aver-  
 ‘ sarètur, postulare a Propheta, ut ipse orâret pro miseris  
 ‘ pöpuli reliquiis.’ Respondit Isaias. ‘ Assyriõrum minis  
 ‘ terreri Ezechiam non oportere; omnes superbi et impij  
 ‘ regis cõnatus inanes futuros; reversurum enim illum  
 ‘ in eas, unde profectus esset terras; et ibi cruentâ morte  
 ‘ interituum.’ 2 S. 19. Is. 37.

*Ezechie divinum auxilium iterum pollicetur Isaias.*

Quæ habenda esset Isaiaæ verbis fides statim comper-  
 tum est. Nam cum Sennacheribo urbem Libnam obsi-  
 denti nuntiatum esset Tharacam Æthiopiæ atque Ægypti  
 regem e finibus suis egressum esse, ut urbi Hierôsôly-  
 mæ veniret subsidio: relictâ obsidiõne præperavit in oc-  
 cursum ejus, missis prius ad Ezechiam alteris legatis  
 cum litteris, quarum summa hæc erat: ‘ Non debere  
 ‘ eum decipi inani spe ac fiducia in Deum suum; cujus  
 ‘ potentiâ, quantacumque ille prædicaretur, neque ipse,  
 ‘ neque urbs Hierôsolyma eripi possent e manibus Assy-

riorum ; sicut deorum suorum òpè erepti non fuissent  
 ' cæteri régēs ac pòpuli, quos bello vïcērat.' Ezechias,  
 acceptis lectisque littēris, ascendit in templum, et expan-  
 dit illas coram Domino ejus òcūlis quasi lēgendas subjū-  
 ciens, dixitque : ' Domine exercituum. Deus Israēlis,  
 ' qui sēdes sūper Cherubim, Tu ēs Deus sōlus omnium  
 ' regnōrum terræ : tu fēcisti cælum et terram. Apērī,  
 ' Domine, òcūlos tuos, et vīdē ; inclinā aurem tuam, et  
 ' audi omnia verba, quibus Sennacheribus exprobrāvit  
 ' tibi Deo vīventī. Vērē Domine, desertas fēcērunt gen-  
 ' tium terras régēs Assyriorum, et dēdērunt igni ac com-  
 ' mīnūrunt deos earum. Non enim ērant dīi, sed òpēra  
 ' mānuum homīnum, lignum et lapis. Et nunc, Domine  
 ' Deus noster, salvā nos e mānu ejus ; et cognoscant om-  
 ' nia regna terræ te esse Dominum Deum sōlum.'

Dum has ad Deum prēcēs fundit Ezechias, quibus  
 justam ejus adversus Sennacheribum iram, quæ quāsi  
 sopitā videbatur, excitet ; adsunt missi a Prophēta, qui  
 rēgem, bonæ quīdem spei plēnum, sed ut in tali tempore,  
 gravibus anxium cūris, consōlentur, dōceantque. Ex-  
 auditum fuisse Domino sūperbum Sennacheribum, qui  
 et vōcem et òcūlos exaltaverit contra Dominatōrem uni-  
 versæ terræ, Sanctum Israēlis ; qui se et succīdisse sub-  
 līmes cedros, et agros vastāsse, et amnes exsiccāsse glō-  
 riētur, qui templo Excelsi et urbi Hierosolymæ ferrum  
 et ignem mīnētur ; ultrīcem Dei mānum tandem exper-  
 tūrum : equum illum impatientem fræni et ferōcīter  
 exultantem, jamjam pōtenti virgā domitum, perfōrātis  
 circūlo naribus et constrictis camō labiis, rēducendam  
 esse in viam per quam vērērit : Victōrem tot gentium,  
 qui curru sublimis incēdēre sōlītus sit, per ea locā quæ  
 vincendo pēragrasset, et infīnītis prōpē agminibus com-  
 plesset, vix paucis suorum comitātum turpīter fugitū-  
 rum : Urbem Hierōsōlymam, quæ ex infensi hostis fau-  
 cibus ērīpi non posse videātur, adēò non expugnandam  
 esse ac diripiendam, ut ne ullo quīdem aggēre ab eo cir-  
 cumdanda sit, et oppugnanda ; sēd prōtectūrus sit eam  
 ac servātūrus Dominus propter se et propter servum  
 suum Davīdem ; Ināni superbiā tūmentem rēgem Assy-  
 riōrum, quæ prospērē gessisset, suo ipsius consilio, suæ  
 fortītūdīni, tribuēre ; sed Dei, cui tam protervè illūdat,

æterno decrêto ac nutu cuncta patrâta, qui ipse eum ad-  
duxerit ad pūnienda peccâta pōpuli. 2 S. 19. Is. 37.

*Ob advōcātā extērnā auxiliā sibi plaudunt Princīpēs  
Judæ.*

Cūm primūm in regnum Judæ irrūpērat Sennacherī-  
bus, futūri præsciūs Isaias mōnūerat, ut jam dictum est,  
pōpulum Hierosolymæ, ut ' quiescēret; nihil ab irāto  
' princīpe mētūendum esse; omnem spem collōcandam  
' in Domino, cujus pōtentiæ et vōluntāti nulla humanā  
' vis vālēret resistēre; neque externa accersenda auxilia  
' quæ nihil profutūra essent, imō plūrīmum nōcītura;  
' Ægyptum, ad cujus ōpes confūgī ōportere dicēbant non-  
' nulli, homīnem, esse, non Deum; et equos ejus car-  
' nem, non spīritum; Domino mānum suam inclinante,  
' corruitūrum auxiliatōrem, et magnam ex Ægypto et  
' Æthiopiā jūvenum ac sēnum turbam discalceātam, et,  
' corpore turpiter discooperto, captivam abductum iri a  
' rēge Assyriōrum.' Is. 20, 30, 31. Quod vātīcinium ut  
non mentem sōlūm sēd etiam ōcūlos multitudīnis afficē-  
ret, ipse discalceātus et seminūdus, Deo sic jubente, ur-  
bem perambulāverat. Sed Prophētæ rectē mōnenti et  
vēra prædicenti nullam fidem hābuērat Princīpum Judæ  
major pars; et magnum se ōpēre prætium existimavē-  
rant factūros, si et legationībus et munērībus Ægypti at-  
que Æthiopiæ regem perpēllere possent ad arma adver-  
sus Assyrios movenda. Quod, cūm Ezechīa prohibēre  
non vālente, præstitissent; et res ex animi sententiā ces-  
sisse vīdēretur, quia Tharacam unīversas regni vīres se-  
cum trahentem accelērāre ad decertandum cum Senna-  
cherībo nuntiabātur; sibi plurīmum, plācēbant quod,  
Prophētæ et rēgis pīa pōtiūs quam tuta suadentium post-  
hābitis consiliis, ad humanum auxilium respexissent; et  
cum certam Ægyptiorum atque Æthiōpum de Senna-  
cherībo victōriam prædicārent, proximam omnis moles-  
tiæ libērationem suā in tractandis quæ bellum spectārent  
sōlertiæ tribuendam esse jactitābant. Is. 20.

*Victis Æthiopiæ et Ægypti exercitibus, accēdit ad urbem Hierōsōlymam Sennacheribus.*

Sed 'quod Dominus decrevit quis pōtērit infirmāre? et ubi mānūs ejus extēta est, quis avertet eam?' Quæ Prophēta a Deo mōnitus ventūra prædixērat, ea eventus comprōbāvit; idemque argūit, quā inānia sæpe sint hominū consilia, quā fallāces spes. Conjunctos Æthiopiæ et Ægypti exercitus fundit cæditque Sennacheribus; et cū castris omni opulentiā rēfertis potitus esset; eos qui cædi superfuērant, effūsā fugā recēdentes, in Ægyptum usque persēcūtus, multam inde prædam, multos captivos abduxit. *Is. 14. v. 27.*

Tam insignis victoriæ glōriam suæ ipsius fortitudīnī tribuēbat dēmenter sūperbus rex, securim aut serram imitātus quæ quidquid laudis dēbētur rōbōri aut peritiæ artificis, a quo mōvētur, sibi vindicāret. Factus itaque multo quā antè ferōcior, et nōvis vīribus instructus, magnis itinēribus contendit Hierosolymam, dat obtērendum hostem, quem omni jam spe atque ope destitutum pūtabat; ipsi et omnīpotenti Deo mīnitans, unīcam ejus in terris sēdem, unīcum sacrārium, tam facīlè se funditus eversūrum prædicabat, quā multiplicēs aliōrum Deorum aras, statuas, templa sustulērat. Hos animos gērens, prōpius mūros accessit, et castris pōsitīs, quæ ad obsidendas expugnandasque urbes opūs sunt, erānt jam apparāta. *Is. 10. v. 13.*

Vocābat tum Dominus unīversum pōpulum Judæ ad fletum et ad planctum, ad calvitium, et cingulum sacci; at pro his apud nonnullos (quæ est humanæ mentis perversitas!) gaudium, et lætitia, occidēre vitulos, et jugulāre arietēs, comēdere carnes, et bibēre vīnum, unā cūra erat. 'Comēdamus,' inquebant, 'et bibāmus; cras enim moriēmur.' Alii contrā inter misērābiles conjugum et liberorum ejulationes dōlōre penē enecti, et dōmi inclūsi, mortem savissimam aut duram servitūtem expectābant. Omnes, si quos fortè excīpias, spēs tōtā desērūerat; et eorum judicio, temerāria atque insāna rēgem suum habēbat fidūcia, qui in tam afflictis ac perditis rebus Prophētæ adhuc fausta vaticinanti crēderet, et de prōmissā opē divīnā ad eō non despērāret, ut etiam

certam de fortissimo hoste mœnia circumsidente victoriam cum civium fere omnium irrisione polliceretur. *Is. 22. v. 12, 13.*

*Delētus exercitus Sennacheribi, ipse a filiis deinde occisus.*

Verum 'qui habitat in cœlo, irridet impios, et tanquam vas figuli confringit eos, scutum autem est omnium sperantium in se.' *Ps. 22. 2. S. 22. v. 31.* Illa ipsa nocte, quæ regis Sennacheribi reditum ex Ægypto, et ejusdem de oppugnanda urbe Hierosolymæ consilium secuta est, micuere repente e cœlo fulgura super castra Assyriorum, auditus horrendus tonitruum fragor, et visa passim cadere fulmina, inter grandinem ventorum turbine incussam, et imbrem torrentis modo effusum: percussitque angelus Domini centum et octoginta quinque hominum millia; intacto, ut apertius et crudelius periret, ipsorum rege; qui cum diluculo surrexisset, et cadavera suorum passim jacere sparsa conspexisset; intellexit tandem quanto intervallo distat terra a cœlo, tanto humanas vires a veri Dei potentia distare. Fracti sunt spiritus illi feroces; et quasi victricem formidandamque Omnipotentis manum tergo suo inhaerentem sentiret, trepida et turpi fuga cum paucis suorum reversus est in Assyriam, suæ cladis ipse nuntius futurus, et nefariis filiorum gladiis confodiendus. Nam cum in regia urbe Ninive staret ante aras Dei sui Neroch, eum filii duo Adramelech, et Sarasar infando quidem parricidio, sed morte merita, contrucidarunt ita regente omnia divina sapientiam et justitiam, ut qui adversus vitam et omnis regiae potestatis auctorem impie insurrexisset, ipse et vitam et regnum sibi per vim eripi a filiis, sanctas naturæ leges impio facinore conculcantibus, videret. *Is. 30. v. 30. &c. 4 R. 19. 2 P. 32. Is. 37.*

*Ezechia pietas et mors.*

E tam praesenti periculo praeter omnium circa populorum opinionem divinitus liberatus Ezechias, eos in tantum Dei Israelitarum timorem, et tantam pietatis suæ

rēvērentiam adduxit, ūt alii eum deinde bello lacesere nefas esse et pericūlōsum dūcerent; alii magna quōque mūnēra ei, tanquam commūni ab impōtente Assyriōrum dōmīnātu liberātōri, et hostias Domino in urbe Hierosolymā immōlandas, mittērent. 2 P. 32. 4 R. 20. Itāque pēr rēliquam vītā plācidā pāce frūi ei licuit; deditque illi Dominus filium regni successōrem fūtūrum, et amplas omnis gēnēris dīvītiās. Ipse autem fēcit, quōd erat bonum coram Domino, sicut David pāter ejus. In Domino Deo Israēlis tum maxīme spērāvit, cum nullus superesse vidēretur spei lōcūs. Nēque antē nēque pōst eum fuit simīlis ei in cunctis rēgibus Judæ. Adhæsit Domino, nec deflexit ab eo, fēcitque quæ ab illo fuērāt præceptā Mōsi. Undē et erat Dominus cum illo, et quōniam in omnibus quæ aggrēdiēbatur, sapiēter agēbat, ea illi fēliciter cadēbant. Porro viginti et nōvem annos regnāvit. Mortūi exēquias celebrāvit unīversus Juda; et intēr sepulchrā avōrum rēgum lōcō insigniōre conditus est. 2 S. c. 18. 2 P. c. 31. A. M. 3306. 2 P. c. 32.

Quōniam ‘omnia in fīgūra contingēbant’ Pōpūlo Israēlitico; sātis constat ex multis sacrōrum librōrum lōcis, urbem Hierōsōlymam, quæ ab omnibus sūperbi Sennacheribi cōnātibus illæsa permansit, expressam esse imāginem Ecclēsiæ Christiānæ, quam nec diabōlus, nec conjūrāta *hæreticōrum* et imprōbōrum hōmīnum vis, vālēt convellere. 1 Cor. 10, 11.

**FINIS.**

# INDEX

## SELECTARUM

### E VETERI TESTAMENTO

#### HISTORIARUM.

##### PARS PRIMA.

|                                                          | Pag. |
|----------------------------------------------------------|------|
| CREATUR Mundus. Homo et mulier formantur                 | 9    |
| Primorum parentum peccatum et pœna                       | 10   |
| Cainus occidit fratrem Abelem                            | 11   |
| Malitiâ hominum. Diluvium. Fœdus Dei cum Noaco           | 12   |
| Turris Babel                                             | 14   |
| Abrahamus, vocante Deo, venit in terram Chanaan          | 15   |
| Lothus discedit ab Abrahamo                              | ib.  |
| Nova promissio de multiplicando semine Abrahami          | 16   |
| Angeli hospitio excepti ab Abrahamo et Lotho             | ib.  |
| Abrahamus filium suum Isaacum immolare parat             | 17   |
| Eliezer Rebeccam uxorem adducit ad Isaacum               | 18   |
| Profugum Jacobum consolatur Deus                         | 21   |
| Jacobus benignè excipitur a Labano avunculo              | 22   |
| Josephus patricharus, et fratribus invisus               | ib.  |
| Josephus venditus a fratribus                            | 23   |
| Josephus hero Potiphari charus                           | 24   |
| Josephus in carcerem conjicitur                          | 25   |
| Somnia duorum victorum interpretatur Josephus            | ib.  |
| Geminum Pharaonis somnium Josephus explicat              | 27   |
| Septem anni ubertatis, totidemque inopiæ                 | 29   |
| Fratres Josephi traditi in custodiam                     | ib.  |
| Revertuntur ad patrem, Simeone relicto in vinculis       | 30   |
| Redeunt in Ægyptum filii Jacobi cum Beniamino            | 31   |
| Josephus reversos fratres cum Beniamino excipit convivio | 32   |

|                                                                  | Pag. |
|------------------------------------------------------------------|------|
| Scyphus Josephi in sacco Benjaminini deprehenditur               | 33   |
| Judas offert se in servitutem pro Benjaminino                    | 34   |
| Josephus se fratribus agnoscendum præbet                         | 35   |
| Jubet Pharaon adduci Jacobum in Ægyptum cum universâ domo        | 36   |
| Patri Ægyptum ingredienti occurrit Josephus                      | 37   |
| Terra Gessen conceditur habitanda Jacobo et filiis               | 38   |
| Jacobus postulat ut sepeliatur in sepulchro patrum               | 39   |
| Minorem filiorum Josephi præponit majori moriens Jacobus         | ib.  |
| Sepelitur Jacobus in terra Chanaan                               | 40   |
| Fratres consolatur Josephus, et moritur                          | ib.  |
| Opprimuntur Israëlita ab Ægyptiis, nascitur Moses                | 41   |
| Agni Paschalis immolandi ritus                                   | 42   |
| Egressus Israëlitarum ex Ægypto                                  | 44   |
| Columna ignis et nubis dux itineris Israëliti                    | 45   |
| Ægyptii Israëlitas per medium mare persecuti fluctibus obruuntur | ib.  |
| Lex data in monte Sinâ                                           | 47   |
| Transitus Jordanis arcâ præeunte                                 | 51   |
| Muri urbis Jerichuntis corruunt                                  | 52   |
| Levita benignè exceptus a socero, et a sene quodam Ephratæo      | 54   |
| Gedeonem adversus Madianitas mittit Deus                         | 55   |
| Duplici velleris miraculo confirmatur Gedeon                     | 56   |
| Probantur ad aquas qui ad bellum essent progressuri              | 57   |
| Tubis, lagenis, et lampadibus debellantur Madianitæ              | ib.  |
| Samuel nascitur et Deo offertur                                  | 58   |
| Samueli aperit Deus, quæ mala impendeant Heli propter filios     | 60   |
| Mors Heli et filiorum                                            | 61   |
| Tobiæ pietas in Deum, conjugium, filius                          | 63   |
| Tobiæ benignitas in captivitatis suæ socios                      | ib.  |
| Tobias mortuos cum vitæ periculo sepelit                         | 64   |
| Tobiæ cæcitas et patientia                                       | 65   |
| Tobias mortem optat, et peccatorum veniam postulat a Deo         | 66   |
| Tobiæ monita ad filium                                           | ib.  |
| Tobiæ filio comitem se præbet Angelus                            | 68   |
| Flentem Tobiæ matrem consolatur conjux                           | 69   |
| Tobias liberatus a pisce venit ad Raguel                         | ib.  |
| Tobiæ Sara uxor data                                             | 70   |
| Tobiæ et Saræ preces ad Deum                                     | 71   |
| De incolunitate novorum conjugum gratias agit Deo Raguel         | ib.  |
| Gabelus ab Angelo adducitur ad nuptias                           | 72   |
| Tobias pater et Anna dolent de longâ filii absentia              | 73   |
| Raguel generum et filium tandem dimittit                         | 74   |
| Reversus domum Tobias, patri visum restituit                     | ib.  |
| Angelus oratus, ut mercedem accipiat, aperit quis sit            | 75   |
| Cælum repetit Angelus Raphael                                    | 76   |
| Tobias pater Deo gratias, et futura prædicat                     | 77   |
| Mors utriusque Tobiæ                                             | ib.  |



## PARS ALTERA.

|                                                                            | Pag. |
|----------------------------------------------------------------------------|------|
| ONIE summi Pontificis pietas, et Simonis perfidia                          | 79   |
| Heliodoros ad diripiendos templi thesauros mittitur                        | 80   |
| Luctus urbis auditoque Heliodoro                                           | ib.  |
| Heliodoros flagellis cæditur                                               | 81   |
| Orante Deum Oniâ sanatur Heliodorus                                        | 82   |
| Exercituum in aere congressus conspiciuntur                                | ib.  |
| Antiochi Epiphanis crudelitas atque impietas                               | 83   |
| Antiochi Epiphanis Præfecti Judæos omnibus malis vexant                    | 84   |
| Egregia Eleazari senis mors                                                | 85   |
| Septem fratrum et matris eorum cruciatus                                   | 86   |
| Mathathiæ et filiorum ejus pietas ac fortitudo                             | 89   |
| Mors Mathathiæ                                                             | 91   |
| Judæ Machabæi laus                                                         | 92   |
| Apollonium et Seronem vincit Judas armis et fiduciâ in Deum                | ib.  |
| Antiochus Judæam gentem delere statuit                                     | 93   |
| Deo in auxilium vocato, vincuntur a Judâ Nicanor et Georgias               | 94   |
| Victi quoque a Judâ Timotheus Bacchides, et Lysias                         | 96   |
| Lustratur templum, et muris cingitur Mons Sion                             | 97   |
| Judam pugnantem missi e cælo equites tuentur                               | 98   |
| Antiochus a Deo percussus moritur                                          | 99   |
| Lysiâ iterum victo pax componitur                                          | 101  |
| Hostibus iterum cæsis urbes expugnat Judas                                 | 102  |
| Pro mortuorum peccatis sacrificium offertur                                | 103  |
| In Antiochi Eupatoris, et Lysiæ castra noctu irrumpit Judas                | 104  |
| Iterum victus Eupator cum suis elephantis                                  | 105  |
| Eleazer elephantis occisi pondere opprimitur                               | ib.  |
| Demetrius Alcimum ad summum sacerdotium promovere<br>frustra tentat        | 106  |
| Impius Nicanor templo minatur, et Dei potentiam contemnit                  | 107  |
| Judas suos roborat fiduciâ in Deum, narrato somnio de Oniâ<br>et Jeremiâ   | 108  |
| Victus et occisus Nicanor impietatis pœnas dat                             | 109  |
| Judas fortissimè dimicanti occiditur, ac lugetur                           | 110  |
| Goliathus Philisthæus provocat Israëlitas ad singulare<br>certamen         | 112  |
| David pugnam adversus Goliathum deposcit                                   | 113  |
| Rege permittente se ad pugnam accingit David                               | 114  |
| Goliathus a Davide victus et obtruncatus                                   | 115  |
| Davidis laudibus offensus Saül de ejus pernicie cogitat                    | 116  |
| David a Saülis lanceâ declinat, et ducentos Philisthinos<br>occidit        | ib.  |
| David mille viris Tribunus præficitur                                      | 117  |
| Saülem David placare tentat Jonathas                                       | 118  |
| David a Michale uxore servatus fugit. Jonathâ frustrâ<br>deprecante pro eo | ib.  |

|                                                                                         | Pag. |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|------|
| Davidem persequitur Saül                                                                | 119  |
| David in speluncâ Engaddi latitans oram chlamydis Saülis<br>abscondit                   | 120  |
| David Saüli dormienti scyphum et hastam aufert                                          | 121  |
| Davidem aptâ oratione placat Abigail                                                    | 122  |
| Saülis regis desperatio et mors                                                         | 126  |
| Luctus Davidis de morte Saulis                                                          | 128  |
| David adulterio cum Betsabee adjungit cædem Uriæ ma-<br>riti ejus                       | ib.  |
| Mittitur a Deo Nathan ad Davidem                                                        | 129  |
| Parabola de oviculâ pauperi ereptâ                                                      | ib.  |
| Objurgationes et minæ Prophetæ Nathanis, et Davidis Pœ-<br>nitentia                     | 130  |
| Absalon adversûs Davidem patrem conjurat                                                | 131  |
| David egreditur cum suis ex urbe                                                        | 132  |
| Semei maledicta patienter fert David                                                    | ib.  |
| Absalon parentis uxoribus illudit                                                       | 133  |
| Domini nutu consilium Achitophelis dissipatum                                           | 134  |
| Absalon prælio victus transfoditur                                                      | ib.  |
| David Absalonem filium luget                                                            | 136  |
| David Semei veniam precanti ignoscit                                                    | ib.  |
| Omnem populum Israëliticum recenseri jubet David                                        | 137  |
| Septuaginta hominum millia pestis absumit                                               | 138  |
| Ezechias a rerum Sacrarum curâ regnandi exordium ducit                                  | 139  |
| Celebrandi Paschatis consuetudo renovatur                                               | 140  |
| Deorum simulacra et serpens æneus confringuntur                                         | 141  |
| Sacrificiis et sacrorum ministris providet Ezechias, vin-<br>citque Philisthæos         | 142  |
| Sennacheribus multas Judæ urbes capit                                                   | 143  |
| Ezechias populum hortatur ad spem reponendam in Domino                                  | ib.  |
| Ezechias à morte imminente liberatus                                                    | 144  |
| Ezechias thesauros suos Babyloñiis ostentat                                             | 145  |
| Ezechiam adversûs Rabsacis impia ac superba dicta con-<br>solatur Isaïas                | 146  |
| Ezechiaë divinum auxilium interum pollicetur Isaïas                                     | 147  |
| Ob advocata externa auxilia sibi plaudunt Principes Judæ                                | 149  |
| Victis Æthiopiæ et Ægypti exercitibus, accedit ad ur-<br>bem Hierosolymam Sennacheribus | 150  |
| Deletus exercitus Sennacheribi, ipse à filiis deinde occisus                            | 151  |
| Ezechiaë pietas et mors.                                                                | ib.  |








Deacidified using the Bookkeeper process.  
Neutralizing agent: Magnesium Oxide  
Treatment Date: June 2005

**PreservationTechnologies**

**A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION**

111 Thomson Park Drive  
Cranberry Township PA 16066  
(724) 779-2111



LIBRARY OF CONGRESS



0 014 244 113 5

